

1729.

1. *Telhar dinguis*, Georgius : Specimen manu dactilacis ad os hem longum, quod habet regulas generales circa superficiem excretionem horumbus observandas. ~~Habere~~.
2. *Telhardus*, Georgius : Specimen manu dactilacis ad os hem longum quod habet regulas generales circa medium et mediam partem horumbus observandas.
3. *Telhar dinguis*, Georgius : Non observare ea sanguine Ipnaria . . .
4. Bragheim, Inh. Baum : De descriptione Noi Wessfra na . . .
5. Mantzel, Em. Ich. Frst : De aquila facie Ipnaria Romano - Germaniae brevissime
6. Mantzel, Em. Ich. Frst : Aquae polygamia sit jure naturali contraria.

1724.

7. Librand, tractum Hanc: Rebus consultis circa  
scirrorum causam, in materia successoris ab  
interstat, orationibus.

8. Librand, tractum Hanc: Tarsam singularium facie doca  
des Duec.

9. Westphal, Tract. Tha: De distincte practica ratione  
in iure privato Romano - Germanico.

1725.

1. Librand, tractum Hanc: Programma, quo ad solennia  
Doctoralia Georgii Wilhelmi Velthindis invitat.

2<sup>nd</sup> Librand, tract. Hanc: De necessaria vulnerum  
inspectione in criminis homicidii commissa. 2<sup>nd</sup> edit  
1725 - 1726.

1726

1. Becker, librum Hermann: Medicina dirigens prius  
corporis humani in stando et sedendo
2. Burchardus, Christopherum Martinius, fac. med. decanus: De experientia  
rationali. Programma, quo ad solennia Doctoralia Petri  
Carol. Burmanni invitatur.

1726

3. Burchardus, Christopherus Martinus fac. med. docens  
vescorato septentrionalium. Programma, quo ad solen-  
nia doctorale iusti Valentini Schultei iuris stat-

Y Burchardus, Chr. stph. Marti: De demonstrandi ratione  
in arte medica

5. Burchardus, Christ. Martius: De mendis ratione  
per processus viae aesthetica

6. van Haren, Janus: De harmonia inter animam  
et corpus.

7. Mantzel, Im. Joh. Fid: De universitate privatorum

8. Petersenius, Joh. Christianus: De poortate usuraria.

9. Westphalius, Iacobus Fradius: Specimen positionum  
Iuris Romanis dissidentis a jure Germanico con-  
traire et Mecklenburgico

1727.

1. Petersen, Joh. Christianus: De omnione nociva.

1729.

2<sup>o</sup> Westphal'sus, Iuris Tractum: De fontibus  
iuris Lubecensis et quo explicandi principi  
genitus 2 exempl.

3. Westphal'sus, Iuris Tractum: Specimen enuntiorum  
formarum iurisprudientia dubia









Hin  
23 M.  
1727 2<sup>a</sup>  
**DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
FONTIBUS JURIS  
LUBECENSIS**

EJUSQUE  
EXPLICANDI  
PRINCIPIIS GENUINIS.  
*Indulgentie Magnifico Jectorum Ordine*

P RÆSIDE  
**ERNESTO JOACHIMO  
WESTPHALIO,**

*J. U. Dr. & Adv. O.*

In Academia Varniaca

A. M DCC XXVII. d. Octobr.

*p. p.*

RESPONDENTE

**CHRISTIANO FRIEDERICO  
FISCHER,**

Lubecensi.

---

ROSTOCHII,  
Typis NICOL. SCHWIEGEROVII, Ampliss. Senat. Typogr.

CHRISTIANO FREDERICIO  
BISCHOF  
ANNO MDCCCLXVII  
AD MDCCLXVIII  
IN AGESCENIS VASIVS  
WARTHIA  
ERNESTO GACOMO  
PRINCIPALIS GENITUR  
JUERGENS  
RONTIUS ET ALIO  
DIEGOTUS  
TITULUS

VIRIS ILLUSTRIBUS, MAGNIFICIS, CONSULTIS-  
SIMIS, PRUDENTISSIMIS, DOCTISSIMIS  
& AMPLISSIMIS

INCLYTÆ LIBERÆ REIPUBLICÆ LUBECENSIS  
DOMINIS CONSULIBUS FAMIGERATISSIMIS  
ET INSIGNIUM MERITORUM

DN. ADOLPHO MATTHIÆ  
RODDE,

DN. HERMANNO RODDE,

DN. HENRICO BALEMANN,

Ut &

REIPUBLICÆ EJUSDEM EXCELLENTISSIMO  
DOMINO SYNDICO ET JCTO

DN. D. JOANNI HENRICO  
SCHÆVIO,

DOMINIS SENATORIBUS ITIDEM JURIUMCON-  
SULTISSIMIS ET MERITISSIMIS

DN. HENRICO à BROEMSEN,

DN. D. CHRISTIANO ALBERTO  
NIEMANN,

VIRIS UNDIQVAQUE SPECTATISSIMIS GRAVIS-  
SIMIS ET SECULI ORNAMENTIS:

X

REI-

REIPUBLICÆ PATRIÆ TUTELARIBUS ET STATORIBUS  
PIIS, FORTIBUS, EELICIBUS,  
*FAMA, DOCTRINIS, MERITIS, DEXIERITATE ET*  
*PRUDENTIA MAXIME CONSPICUIS ET*  
*CELEBRATISSIMIS,*

*Dominis meis Mæcenatibus & Patronis*  
*mibi meisque Musis indulgentissimis ad tumbam usque*  
*devoto & summo animi cultu sufficiendis, per-*  
*petim devenerandis,*

## Primitias præsentes Academicas

Non ex more sed ex merito  
& debito

In Tesseram perennis obsequii  
& animi devoti monumentum  
observantissime consecrat

## TANTORUM NOMINUM

devinctissimus obsequiosissimus  
Servus

*Rostochii,  
M DCC XXVII.  
d 22. Nov.*

CHRISTIANUS FRIDERICUS  
FISCHER.  
Lubecensis.

# PROOEMIUM.

DE

*Instituti Præsentis Ratione & Argumento Universim.*

§. I.

**Q**ui nostra ætate jus civile privatorum, quod ingressus Romanum dicimus, colunt & interpretantur, triplici de triplice uiuntur ratione, qua operam exsequantur curate, si Elogio Deliter atque pragmaticæ. Principio sunt, qui studiorum Ju-  
dium omne consecrant antiquitatibus Romanis, His ris R.

istoria Juris & Reipublica Romanorum, Fragmentis Jurium, ex quibus Justinianicum coaluit, veterum Antejustinianorum, aliisque solida Jurisprudentia Romana presidiis humanioribus, quorum cultus & usus plane insignis & curatus est in explicando jure Romano. Pertinent ad horum censum precipue Batavi Jetti, olim pertinuerunt Galli, & Jetti, quos vocare solemus Humanistas. Deinde reperiuntur, quæ Juris Romani præcepta, principia & doctrinas fidelis, et si paulo leviore studio, vel ex fontibus Legalibus vel dogmaticis exponunt, simulque & plerumque ad vim vocum securations suas revocant, inque elementa sua studiose resolvunt, maxime in usum Incipientium & Tyronum. Demum non desunt, qui ultra progrediuntur, jurisque Romani Theori-  
am curate ex fontibus & rationibus suis, quæ anima Legis sunt, expositam, pragmatica ratione applicant & expendunt, hoc est, qui juris R. usum practicum in foris Germanie evolvere & meditari student, inque hunc finem cum studio Juris Germanici & morum con-  
jungunt, quidque praxis ex jure Romano, quidve ex moribus secus ferat, curatissime pariter ac uisissime dignoscunt. Facile quisque videt, quod in triplici hac Schola, nullus sua quidem lande sit defrandandus; facile vero & intelligit quisque indefessus Jurium cultor, quod triplex  
hec ratio, que SEPARATIM juvat, CONFLUENTIAM summopere proficit, quin juxta pectus Jetti sit instar triplicis eris.

A 2

§. II.

## §. II.

Laus eo- *Ac semper tertia classis in assensum & studium traxit præcipue, non so-*  
 rum *qui lum, quod cum reliquis cohæreat, & propter pragmaticam applicationem a-*  
 morib<sup>us</sup> *liis palnam præripuisse, ut & ob tot Nostratum celebrium Forum in Acade-*  
 mias & Foris Germania cultum atque applausum, lauream obtinuisse facile

*videatur; sed quia summi Viri, quibus obsequium deboe, e re eſe judi-*  
*carunt, ut, qui Lubeca oriundus sum, oleum consecrare & studio R.*  
*Juris & Morum G. origini mea convenienti, & ex' cuius cognitione Juri*  
*Lubecensi fax & jubar. Qui in Germania hospes non eſt, ingenuo confi-*  
*tebitur, cognitionem communem Reipublica Germanorum eorumque*  
*MORUM summum eſse Interpretem Juris Lubecensis. Reſte ita ſen-*  
*tient Viri Clarissimi, qui propterea Morum G. cultum universim ſum-*  
*mopere commendant. Audiamus Consultiss. Dn. D. CHRISTOPH.*  
 FRID. HARPRECHTIUM, in Commentat. de fontibus Juris  
 Civilis Würtenb. art. 2. pag. 8. - II. Moderna præſertim  
 ſtate à Celeberrimis Eruditorum cultura *MORUM LE-*  
*GULMQUE GERMANICARUM* omni cum contentione com-  
 mendatur, & inde communia & Provincialia Patria jura expla-  
 nandi in ſe ſuscipiunt Viri doctissimi, ſumma laude digni. In-  
 ſequitur Vir celeberrimus Dn. JO. de GROENING, cuius ver-  
 ba in Opusculo de studio juris recte instituendo *hac ſunt:* Respi-  
 ciat jurium Cultor ſubſidiis literariis Juris R. & historicis in-  
 ſtructus præcipue *MORES CIVILES.* Jus civile *RO-*  
*MANUM* cum *GERMANICO* & hodierno uſu, *OPTIMA* at-  
 que alia, ut haſtenus insvevit, methodo, conjungat, & qua-  
 nam Jurisprudentiæ partes theoretico practicæ non ſine levi  
 Juventutis danno in Academiis haſtenus negleſtæ, in jure R.  
 quoque non tractata, neceſſario ex *PATRIIS MORIBUS* addi-  
 ſcendæ atque in uſum vocandæ ſint, doceat & diſcat. *Adſurgunt*  
 JO. KULPISIUS diſſ. deLL. G. autoritate p. 36. BAYERUS in Præf.  
 ad ff. §. 22. SCHOEPFFERUS in Notis Mſc. ad Struvii Jurispr. R.  
 G forenſem verbis Romano G. forenſis: & ill. Dn. HOFFMAN-  
 NUS in Præf. ad Bayeri Sp. Juris G. §. 15. in Exerc. de Juris G. Princ.  
 §. 2. 5. quorum verba *hac innuunt:* Miram rem eſte, quæque fidem  
 apud Exteros vix inveniat, negligi in Academiis Jus quo Pa-  
 tria magna ex parte utitur. Magnam jurium partem conſistere  
 in

RATIONE ET SUMMA.

in *MORIBUS G.* dignis maxime, qui excutiantur cum ceteris Juris G. principiis legalibus, vel generalibus in Imperio ex-communi gentis inter se agnatione & convenientia *MORUM* oriundis, vel *PARTICULARIBUS* in Territorio certo Germaniae introductis, vel *SPECIALIBUS* Legibus statutariis. Has omnes refertas esse Principiis Morum G. communium copiosissime, ut igitur Morum juris G. cognitio utramque in J<sup>cto</sup> pagina absolvat, ut intelligat, quatenus Jus R. in Imperio nostro praestet utilitatem, quatenus vero sequamur *PECULIARES MORES & LEGES PATRIAS*. *Propius ad causam nostram accedit, quod HENR. ERN. KESTNERUS Prof. Rintelensis, in præfatione ad dissertationes de defectibus Juris Communis in Rep. G. ita effert: In singulis Germaniae Provinciis praxis quotidiana evincit, quod MORES JURIS G. eorumque cognitio J<sup>ctis</sup> maximam præstent utilitatem. Magnam igitur merentur *LAUDEM* illi J<sup>cti</sup>, qui Jura Germanica & Reipublicæ Patriæ *MORES COMMUNES* evolvere sciunt, docent enim Praxis & Usus, quod illi Omnibus *ORDINATIONIBUS PROVINCIALIBUS & STATUTIS* lumen accendant, & Leges tam Provinciarum, quam Civitatum ex *MORIBUS G. & LEGIBUS VETUSTIS GERMANICIS* sint desumptæ.*

§. III.

*Si in quo unquam alio Jure statutario reperiantur juris Germanie veteris & consuetudinarii genuina argumenta; certe reperiuntur in datissimis jure Lubecensi, quod ex Indole communi Germania & moribus avitis sigillatim originariis colligi jussit glorissimus Dux Henricus Leo, additis sigilla intituta Jutum in commodum precipue Hanseaticum & Civitatem sanctionibus ris Lubendolis peculiaris, passim & legibus paenarum & successionis paulo ordi censis. natius constitutis, uti alibi ex Spangenbergio, Danckwerto, Thracigero, Werhofio, Meibomio & Möllerio parim evicit mei instituti Preses (a). Volve quo<sup>s</sup>, quid patria mea Jura statutaria constituant de consensu connubiali matris, de criminis adulterii cum*

*A 3 soluta,*

(a) *In Tr. de Origine & Medela corruptæ Jurisprudentiæ & Justitiæ §. 24. 25. In Specimine Documentorum in editorum Mecklenburgensium n. 1. pag. 8. sq.*

## 6 PROOEMIUM DE INSTITUTI PRÆSENTIS

soluta, de donatione inter conjuges, de Liberorum jure, de jure Tutorum & permultis Juris capitibus aliis, quorum explicatio facilis & genuina nulla est, nisi petita fuerit ex originaria & communi indole Reipublicæ Germanorum, quorum mores in his argumentis propterea universim cum Lubecensi Jure egregie conspirant. Consule Historiam & Indolem morum Germania &, si hac Sacra Tibi consiliterint, dulci animi oblectatione in evolvendis variorum locorum statutis, ulti intelliges rationem mirabilis ubique statutorum concordia ex Indole Reipublicæ communi oriunda, in plurimis aliis hujus generis morum momentis, qualia sunt, quod emancipati filii & elevata filia cum suis liberis succedant, quod Parris nolle in Connubiali negotio non stet pro ratione, quod captivi ut & servi gaudent communi jure, quod pacta successoria & nulla valida sint & obligatoria, quod mater particeps sit oneris ac muneris conjugalis, quod in liberos civitem habeat potestatem, quod alteri per alterum acquiri possit obligatio, quod filius ex patris sacris execat per separatum Oeconomiam, ut plura præteream, qua non nisi peculiari rationi morum Germanica reipublica natales suos acceptos referunt, atque propterea dissonant è diametro à dispositione juris Romani,

## §. IV.

De desideratis in est indolis. Collegit Henricus Giesebertus (b) ex collatione har-Gieseberto monica statutorum, hujus generis mores germanorum copiose; sed in eo & Mevio, sefellit, quod peculiaria hac jura, non nisi ex Reipublica patrie rationibus explicanda, ex jure Romano contorte explicaverit, fuderitque invicem in massam male admodum coherentem, vel certe in effectum cum Legibus Romanorum coegerit convenientiam (c). Et sane si dicendum quod res est, ipse hic neglectus studii Historia & Morum Reipublicæ germanorum in illustris Davidis Mevii Commentario ad Jus Lubecense novus est admodum insignis. Et si enim ipse in principio Commentarii fassus fuerit, quod juris patrii rationes à juris R. regulis multum different & queque res publica peculiari forma & indole regatur, ut non possint non cuique populo sua pulchra esse, & ex diversis principiis diversa

(b) In Periculis statutorum &amp; Justiniano Harmonico.

(c) De CARPOVIO aliquis idem docuit ill. Dn. à LUDEWIG in Diff. Juris R. &amp; G. Opusc. I. in T. II. p. 917.

diversæ gigni conclusiones ; et si idem aque profiteatur (d), quod non leviter oberrent, qui Juris Germanici Morumque à jure R. dissonantium incurri, instituta Germanica ex juris R. rationibus exponerent, adque eandem velut formam cuiilibet sexui crepidas conficerent ; ipse tamen hanc laudatissimam normam neutquam ubique exsecans est, sed sapientie nunc Lubecensia jura cum Juris R. decretis sulcat potius, restringit, limitat, ampliat, quam eruit & explicat, sapient perinde Juris Lubecensis morumque rationes peculiares ex historia & indole Patria resultantes prætervultus est, & certe ne tetigit quidem è longinquo. Si exempla desideraveris, legas velim, quæ attulit Vir immortalis gloria in doctrina Juris Lubecensis de alienatione non nisi sana mente & sano corpore peragenda, cuius vim nullus intelliget, nisi didiceris evolvere rationes hujus doctrina ex moribus & historia Germanie. Idem sane dicendum est in Argumentis de Alienatione Rei dotalis, de Donationibus inter conjuges, de lucro sponsalitiae largitatis, de Jctione, & precipue in momentoso negotio de Communione bonorum inter Conjuges, quorum exactum Interpretum hanc egit illustris MEVIUS, nec ullus unquam agere poterit, nisi instructus accesserit insigni cognitione historica & legali morum Germanorum eorumque rationum universim.

## S. V.

Locus hic non est dicere hac prolixo, nec animus fert pluribus commemorare, quam valde referat Jura Lubecensia cum cautione debita ex jure

Consensus  
Doctorum.

(d) Quest. pralim. l. n. 57. Concinit cum hoc loco ejusdem assertum in Tr. Von Abf. der B. qu. i. n. 2. Es ist eine Unart der Rechtsgelernten, daß wenn sie von den Rechts-Gewohnheiten in Deutschland urtheilen sollen, auf das Römische Recht allein sehen, und alles was sie in Jure Romano lesen, auf Deutschland appliciren, da sie doch dadurch ihre Unwissenheit an den Tag legen, die Rechte confundire, und durch die übel zustimmende Application zu vielen schädlichen Irrthumen und Opinionen Anlaß geben. Adde consensus æque illustris Icti quondam Mecklenburgici MART. ab UNVERFAHRT in Pædia Jurispr. p. 42. Ridiculum est, pro fœto habere illum, qui Notitiam juris R. seu nnius Reipublica tenet, non autem simul Germanici.

jure Romano, præcipue omnino ex Republica avisa & coavis Morum Patriæ rationibus explicare ; commemorarunt id explanatus ac comprobant JO. JAC. RANISCHIUS, (e) AUG. LEYSERUS (f), HENR. WILH. SCHUMACHERUS (g), WILH. TOBIAS STEMPELIUS (h), & plures, qui ceteroquin glorie illustris Mevii nec quicquam detrahunt, tantum abest, ut hanc reverenter habeant manes incomparabiliæ fæti. Liceat saltim ad extremum in partes nostras advocare illustrem THOMASIUM, GEORGIUM BAYERUM, & plures celeberrimos Nostre atatis fætos, qui in Delineationibus & operibus Historia Juris R. & Germanici dudum afferuerunt, quod optandum fuisset, ut Mevius ex historicis antiquitatibus, historia Republica Morumque Germaniae, tum & ex maritimis & nauticis conservudinibus, qua utique Lubecensium statutis lumina affundunt, jura Lubecensia explicuisse & in Prolegomenis non omissoisse historiarum de Origine, indeole, natura & fundamentis Juris Lubecensium. Quod instar Colophonis est, idem planis exemplis edocuisse Virum Amplissimum & illustris Dicasterii Sverinenſis quondam Consiliarium B. KIENIUM, origine Lubecensem (i), rescio ex Preside & Communicatione Responsorum aliquot & Deductionum argumenti Lubecensis, insigni admonendum

(e) *Diss. de Inconvenienti Juri Germanici ex Jure R. interpretatione.*

(f) *Diss. eleganti de Superstitione juridica in foro & extra forum obvia Cap. 3. § 6.*

(g) *Cultissima disputatione Juris G. habita sub Vogtiano Praesidio, de Communione bonorum inter conuges ejusque effectu præseritum juxta jura Lubecensia. Concordat B. TARNOVIUS, Consiliarius Mecklenburgicus, in MSC. deductione ad Acta Concursus HIER. WALFELDI, digna, que exponatur luci.*

(h) *Diss. de Differentia Jctionis & Magistratum secundum Mores Germanorum & Romanorum.*

(i) *Halensem Illum fuisse putavit Vir celeberrimus & summe reverendus Dn. ERDMANNUS NEUMEISTERUS, cum Hamburgensium tum exterorum Chrysostomus, in elegantissima dissertatione de Poetis Germania hujus Seculi, quorum censum B. KIENIUS egregie ornavit. Digna ipsius sunt meletemata poetica, latina præcipue, de fide in DEum, quæ liberentur a blatti.*

dum cognitione Republica & Morum Germanorum refertis, ut rationes earum esse queant Interpretationibus Mevii, vel instar facis, vel instar filii Ariadnes. Hec omnia secum animo revolventes opere pretium Nostrates esse putarunt, dicare cum Viris felissimis & doctis operam & oleum Cognitioni & studio Jurisprudentia Germanica universem.

## J. VI.

Constitueram initio, legere vestigia laudatissimorum meorum ci-  
vium (k) & meditari differentias Juris Romani, Lubecensis & scriptoriorum.  
Rostochiensis sigillatim in argumentis de bonorum inter con-  
juges communione, de Jure opificario & braxatorio & de  
summa appellabili; verum adducta in §. 2. & 3. ea ratione, quam „  
multum ad dijudicandos Mores Germanorum in Jure Lubecensi exhibi-  
bitos conferat, didicisse & evolvisse prasidia & fontes Juris germanici  
universum; deinde & allatis iis, que in §. 4. 5. dicta sunt de negle-  
cta studii morum Juriumque G. ab Interpretibus Lubecensibus; mox fa-  
cile quidem movebar in aliud otium ceptum consilium rejiciendi, pa-  
randique ad id exsequendum viam laudato in instituto & studio, cui  
ut haberetur ratio & cultus, non est ut amplius differamus (l). Ani-  
mus erat igitur desplicere universum cum cura de primis praesidiis stu-  
dii

(k) Nomino hic saltim Consultissimos Viros Dn. D. ANT. SAM., SONNEMANNUM & Dn. JAC. FRID. PFORTHUSENIUM,  
nunc apud Sverinenses Advocatum felicissimum. Ille Praefide  
STRYCKIO Differentias juris R. & Lubecensis ad Methodum f.  
exhibit. Hic vero Praefide D. DINCKLERO, Viro celebri, dif-  
ferentias juris R. & Lubecensis in rebus Criminalibus luci exposuit.

(l) Dissertunt de eo late B. Professor Helmstadiensis ENGBRECH-  
TIUS Comment. de utilitate & necessitate studii juris Germanici:  
Consultissimus D. ARPIUS Prof. Kiloniensis in Progr. de Usu &  
necessitate studii juris Germanici: B. KESTNERUS, Prof. Rin-  
telensis, diff. de Conjunctione juris Germanici cum jure Romano:  
Literatissimus Dn. JO. SAL. BRUNQVELLIUS Jenensis D. in den  
Ged. von nohtwendiger Excolirung teutschen Rechtes, & qui  
primo loco nominandus fuisset, illusbris Dn. Confiliarius & pri-  
marius Antecessor Francofurtensis CHR. GODOFR. HOFF-  
MANNUS Dissertatione de juris Germanici discendi & tractandi

10 PROOEMIUM DE INST. PRÆSENT. RAT. & SUMMA.

dii Morum Legumque Germaniae. Quinque hinc fini dicare decreveramus capita. Primum caput de Morum G. certitudine & effectu in Praxi, argumentis cum ex Republica, tum ex Historia, ex Foro & Legibus ipsique rerum causis & ex Praxi petitis. Secundum de Legibus seu de Scriptis principiis Germanici Juris, de historia Legum Germanicarum omnis, cum veteris, tum medii, tum recentioris avi in Germania simulque de illarum autoritate, valore, uso & habitu praesenti in Republica Germanorum. Tertium de genuino conceptu & Elogio Juris Germanici, rationibus simul & causis peculiaribus ac dubiis expositis, quibus adversus landatissimum hoc studium sibi imponi passi sunt passim dissentientes, nubem accipientes pro Junone. Quartum caput de Instituto Comitiali Cæsaris & Principum redigendijura & mores privatos Germanorum in commune Systema, nec non de Instituto Privatorum celebrium Jætorum conficiendi Codicem Juris Germanici universalis, repetitum tam ex HISTORIA IMPERII GERMANICI & JURIS PUBLICI, quam LITERARIA & JURISPRUDENTIAE PRIVATÆ, historico ordine, ut scrupulis & inconsiderantia illorum, qui ob defectum Systematis Juri Originario insulant, obex ponatur ex instituto. Quintum caput demum de apparatu Literario seu Bibliotheca Juris Germanici & R. forensis selectiori. Verum enim vero ita cogitaveram quidem ac meditabar, sed cecidit res aliter, ex quo rescire potui, quod sub Autoritate illustris Dn. HOFFMANNI, primarii apud Francofurtese Jæti, & cura Præsidis hoc argumentum perfectionem suam & pondus rato propediem expectet.

§. VII.

De argu- Relicto igitur consilio prima & generalia fundamentalia  
mento pra- præsidia studii juris patrii in Germania enucleandi; animus  
& in- nunc est, ad specialia operam applicare & in presentiarum differere  
stituti ipsi- de Origine, Autoritate, Elogio, sigillatim de fontibus Juris  
us summa, Lubecensis ejusque explicandi principiis genuinis. Est hoc  
argu-

ratiōne & principiis, quam GEO. BAJERI Professoris Witteber-  
gensis desideratissimi Specimini juris G. premisit. Plures, qui  
juris G. in Academiis sunt Studiosi, laudat & commendat Dn.  
HARPRECHT, Iesus Württembergicus, in Comment. de Font.  
Juris Civ. Mod. Wurt. art. 2. p. 7. ibique & de Presidis meditatis,

argumentum longe non solum commendatissimum iis, qui viam, qua  
eisdem est, ire malunt, quam qua vulgo itur; verum & nondum occu-  
patum ab aliis, rastris & sudore Interpretum non subactum (m). Ver-  
sabimur in coepio hoc instinto ita, ut de Origine, Occasione, Pro-  
gressu, Incremento, fontibus, autoritate, Elogio Äquitatis &  
Prudentiae Juris Lubecensis dispiciamus & in hunc finem expli-  
candi ipsius principia genuina & originarios fontes ex historia  
Imperii Juris G. evolvamus, eosque distinguamus in adscitios, qui pro-  
fluunt in jure Romano; & patrios seu domesticos, qui hauriantur  
ex MORIBUS Germanorum, Legibus vetustis patriis, ex Ca-  
pitularibus, Imperatoriis Constitutionibus, Jure Speculoque  
Saxonico, speci tim ex Legibus Westphalicis Sofatis, ex Legi-  
bus Wisbyensis, ex Recensibus Hanseaticis & specialioribus  
loci consuetudinibus. Neglecti sunt hi fontes scipio à rerum soli-  
diorum incurris, industrieque impatientibus, qui in Majorum vesti-  
giis & scrinis fideicommissi unice gloriantur; verum inde est, quod  
Juri Lubecensi sapissime alieni sensus affici multaque explicationes  
illata fuerint invita omni minerva & ratione Juris Lubecensis (n).

Com-

(m) Illustris HOFFMANNUS ix Specimine Conj. Polit. pag. 142.  
de ipso MEVIO afferit: Recte in illo à doctis Viris desiderari,  
quod in discursu preliminari suo de fontibus & primigeniis Juris  
Lubecensis principiis & Originibus magis mutus fuerit, quam pi-  
scis Forte, addit Idem, majorem gloriam Mevius elegantissimo  
alias operi conciliare potuisse, si in INTERPRETATIONE con-  
sulnisset antiquitates historicas & primos fontes; inde enim do-  
lendum, quod & Leges nauticas Lubecensem non illustraverit,  
sed potius se ab hoc labore excusaverit, uti patet ex wodēti Com-  
mentario annexa. Idem Illustris Dn. STRUVIUS in Hist. Juris  
R. & G. c 6. p. 504. ita effert: Licet circa ipsam juris Lubecen-  
sis interpretationem sollicitus admodum fuerit MEVIUS, quidpi-  
am tamen haud admiscerit ex principiis genuinis patrils, antiqui-  
tatis, consuetudinibus nauticis; Prolegomena etiam, que pre-  
misit, de JURIS ISTIUS HISTORIA tacent. Adde Citatos §. 5.

(n) Idem fit scipio in Jure Romano. Sunt plures, qui id explicant

Comprobabitur hoc facile ipsis exemplis ex Lubecensi sanctione petitis, iisque in fine latius docebitur, quam valde referat didicisse originaria explicandi juris Lubecensis principia & primos fontes, ne præstantioris juris hujus decreta & doctrina, commentis, regnulis, brocardis incongruis & peregrinis principiis male admodum habeantur amplius, videntur, & detorqueantur à multis.

Age igitur, faciamus nunc rei hujus Historia Fontiumque Juris Lubecensis periculum. Fiet hoc à nobis temporis angustie valde exclusis succinctum & in primis lineis, ut ideo veniam lectoris excoremus, si, quod ex templo fieri non potuit, negotioso arguento ita non satisfecerimus, nihil prorsus ut residuum sit curis posterioribus restetque invehendum aliis.

non nisi ex Interpretibus & compendiis, qui Leges relegunt & juris Romani gnoscent se ja&itant; sed vim Legum earumque potestatem, rationes & verum intellectum, verum ideo & usum, certe solide non capiunt. Ratio est, quia vel negligunt, vel ignorant genuinos juris R. intelligendt fontes, Historiam Reipublicae Romanae, regia, libera, Cesarea, Antiquitates, Codices, Monumenta, fragmenta Legum veterum romanarum, Rationes earum & plures fontes, plura praesidia, ex quibus Romani sua omnia haulerunt & Tribonianus tua saltim excerptit. Deinceps hoc fuse & doce post Magnum CUIACIUM, CI. SCHUTTINGIUS in Jurisprudentia Antejustiniæa: D. BRUNNQVELLIUS Diff. de Codice Theodosiano & Scđt. I. Historia Juris R. G. ceterique, apud Scriptores Historiæ Juris Romani obvii.

## §. I



Væ editioris dignitatis etiamnunc est urbs imperialis, mari Baltico adjacens, LUBeca, Civitas gloriose originis & regionis, ortum suum principem ac natales splendidos HEROI acceptos refert, cuius memoria illustrissima perennat. Est iste HENRICUS LEO, potentissimus Dux Saxoniæ atque Bavariæ, Princeps summus, cui opes invidiam, fortitudo & Principatus, Cæsaris

argumentum longe non solum commendatissimum iis, qui viam, qua eundem est, ire malunt, quam qua vulgo itur; verum & nondum occupatum ab aliis rastris & sudore Interpretum non subactum (m). Ver-sabimur in coepio hoc instituto ita, ut principio de Origine, Occasio-ne, Progressu, Incremento, autoritate, Vindiciis, Elogio Aequi-tatis & Prudentiae Juris Lubecensis dispiciamus; deinde vero expli-candi ipsius principia genuina & originarios fontes ex historia Im-perii Juris G. evolvamus, eosque distinguamus in adscitios, qui pro-fluunt in jure Romano; & patrios seu domesticos, qui hauriun-tur ex MORIBUS Germanorum, Legibus vetustis patriis, ex Ca-pitularibus, Imperioris Constitutionibus, Jure Speculoque Saxonico, speciatim ex Legibus Westphalicis Sosatiis, ex Legi-bus Wisbyensibus, ex Recessibus Hanleaticis & specialioribus loci consuetudinibus. Neglecti sunt, fateor hi fontes, forte etiam non perspecti à rerum soldiorum incuriis, industriaque impatientibus, qui in Majorum vestigiis & scriniis fideicommissis tumide sed temere gloriantur; verum inde est, quod Juri Lubecensi sapissime alieni sensus affecti multaque explicationes illatae fuerint invita omni minerva & ratione Juris Lubecensis (n). Comprobabimus igitur, excussis fonti-bus,

(m) Illustris HOFFMANNUS in Specimine Conj. Polit. pag. 142. de ipso MEVIO assert: recte in illo à doctis Viris desiderari, quod in discurso preliminari suo de fontibus & primigeniis Juris Lubecensis Principiis & Originibus magis mutus fuerit, quam pricis. Forte, addit Idem, majorem gloriam Mevius elegan-tissimo alias operi conciliare potuisset, si in INTERPRETATI-O-NE consuluissest antiquitates historicas & primos fontes; inde e-nim dolendum, quod & Leges nauticas Lubecensium non illustra-verit, sed potius se ab hoc labore excusaverit, ut patet ex & pōbēti Commentario annexa. Idem Illustris Dn. STRUVIUS in Hist. Juris R. & G. c. 6. p. 504. ita effert: Licet circa ipsam juris Lu-becensis interpretationem sollicitus admodum fuerit MEVIUS, quidpiam tamen haud admisicuit ex principiis genuinis patriis, antiquitatibus, consuetudinibus nauticis; Prolegomena etiam, quae premisit, de Juris istius Historiatacent. Adde Citatos §. 5.

(n) Idem fit saepius in Jure Romano. Sunt plures, qui id explicant

bus, tertio demum ipsis exemplis ex Lubecensi sanctione petitis, quam valde referat didicisse originaria explicandi juris Lubecensis principia & primos fontes, ne prestantioris juris hujus decreta & doctrina commentis, regulis, brocardicis incongruis & peregrinis principiis male admodum habeantur amplius, vitentur & detorquentur à multis.

Fier hoc à nobis temporis angustia valde exclusis succinctim & in primis lineis, ut ideo veniam lectoris exoremus, si, quod ex templo fieri non potuit, negotioso arguento ita non satisficerimus, nihil prorsus ut residuum sit curis posterioribus restetque inveniendum alii. In presentiarum vero otium non permittit, progreди ultra primum momentum commendati instituti; reliqua nuncupantes posteriori Dissertationi.

non nisi ex Interpretibas & compendis, qui Leges relegunt & juris Romani gnoscentes se jactitant; sed vim Legum earumque potestatem, rationes & verum intellectum, verum ideo & usum, certe solide non capiunt. Ratio est, quia vel negligunt, vel ignorant genuinos juris R. intelligendi fontes, Historiam Reipublicae Romanae, regia, libera, Casarea, Antiquitates, Codices, Monuments, fragmenta Legum veterum romanarum, & plures fontes, plura præsidia, ex quibus TRIBONIANUS sua omnia hausit & saltim excerpit. Docent hoc fuse & docte post Magnum CUCIUM, Cl. SCHULTINGIUS in Jurisprudentia Antejustiniana: D. BRUNNQVELLIUS Diff. de Codice Theodosiano & scil. I. Historia Juris R. G. ceterique, apud Scriptores Historiae juris Romani obvii.

### §. I.

*De Origine  
Lubecae.*



Vx editoris dignitatis etiamnunc est urbs imperialis, mari Balthico adjacens, LUBECA, Civitas Slavicæ seu gloriose originis & regionis, ortum suum principem ac natales splendidos HEROI acceptos resert, cuius memoria illustrissima perennat. Est iste HENRICUS LEO, potentissimus Dux Saxonie atque Bavariae, Princeps summus, cui opes invidiam, fortitudo & Principatus, Cæsaris

Cæsaris odium abunde conciliarunt, cuius historia, à doctissimis Viris descripta, pondere abundant & momentosa gravitate plura secula vincit. Degerat haec tenus portus Lubike à Slavorum Mecklenburgensium Regis GODESCHALCKI filio HENRICO exstructus, in squalore, mœniis destituta; egerat etiam id ADOLPHUS Comes haec tenus, ut procul ab hoc portu in Vallo desolata alicujus Urbis, insulis circumditæ, circa annum 1140. conderet novam civitatem, & certe non fato infeli (a). Vetus enim Lubike, HENRICO LEONI post subiecta, incendio periit; nova Adolphina & perficit, & mox sub Henrici Leonis auspiciis caput efferre cœpit. Exstruxerat hic, & surrogaverat in locum amissæ civitatis, novam civitatem Löwenstat; sed viderat illam in mercaturæ florem non esse natam; hinc eo defixit animum, ut ab ADOLPHO COMITE novam Lubecam impetraret; Impetrata eâ demum, utraque civitas Mercatura dicata, in unam coaluit civitatem, quæ mox Principis sui Auctoritate, consilio & præsidii excrevit & effloruit largiter, ut proscripto HENRICO LEONE & divulsis ipsius Territorii (b) à Friderico I. in dignitatem Imperialium Civitatum fuerit erecta & ad Comitia vocata. Singularis admidum est Proædria, quod illa Civitatum Maritimorum Caput & metropolis Vandaliæ non solum constituta fuerit (c) & sequori ævo fœderis Hanseatici dux & autrix existiterit ea quidem auto-

(a) HELMOLDUS *Chron. Slav.* L. 1. c. 20. 34. 57. BONN in *Chron. Lub.* d. a. GERHARDUS *Stederburgensis apud Meibomium T. 1. Collect. d. a.*

(b) Ardua in hac proscriptione & divulgatione resident momenta juris publici. Limites illa excludunt; sed vide quæ ex hoc ævo de Origine civitatum Imperialium, Saxoniarum præcipue, differit Dn. de LUDEWIG *Diff. de Civit. dispari nexus cum S. R. J. cap. 5. §. 22.*

(c) GRYPHIANDER *de Weichb.* c. 80. n. 18. COCCEJUS *Jurispr. publ.* c. 3. n. 59.

autoritate (d) & potentia, ut Regi Septentrionali bellum in-dixerit; verum etiam, quod CONSULES ipsius CIVITATIS in PERPETUOS CONSILIARIOS IMPERII, insigni honoris exemplo, recepti fuerint (e) omniue ævo inclaruerint dignitate sua nonsolum, verum Legibus etiam jure & justitia (f).

## §. II.

*De Origine Juris Lubecensis* Videamus igitur, quid dicendum sit de *Origine Juris Lubecensis* tantopere commendati. Sunt qui *Fridericum Pri-mum* Autorem laudant (g); sunt qui *Henrico Bardewico* (h), sunt, qui *Auspiciis Ordinis Teutonici Livonicorum* illud tribuunt (i), sed minus recte. Fida est sententia ab utroque MEIBOMIO (k) & Celeberrimo MöLLERO (l) extra formidi-nem

- (d) KORNERUS apud *Leibnitium* T. 2. pag. 570. ANONYMUS *Chron. Slav.* apud *Lindenbrogium* p. 205. c. 38. WERDENHA-GEN de Rep. Hans. L. 1. c. 1,
- (e) Quod ex fidis Autoribus &c documentis docet Cel. Dn. MOLLE-LERUS ad ARNOLDUM LUBECENSEM c. 35. nota d.
- (f) Adde Elogia Lubecæ consecrata à JO. SIBRANDO in *Jure Pnbl. Civ. Lub. P. I. S. 2. n. 5. c. 5.* MEVIO Quaest. Pral. 1. ad J. L. n. 23. q. 2. n. 1.
- (g) Ita DAV. MEVIUS Comm. ad *Jus Lub.* qu. 1. n. 41. Senten-tiam illam dubiam fecit CONRINGIUS de O. F. G. c. 28. p. 196. Ipse tamen non inventit, quo pedem suo figeret. Putat, jus Lub-e-cense vel circa a. 1183. quo Civitas à Friderico occupata fuit, vel paulo post, originem capisse. Utrumque frustra.
- (h) Circa a. 1294. HENR. GIESEBERTUS in *Harmonia Statut.* pref. pericul. I.
- (i) ERICUS MAURITIUS in pref. *Speciminis Consiliorum Chilo-nensium*, circa a. 1258. Docet contra MEIBOMIUS *Introd. ad H. S. inf.* p. 58. quod non Livonici fratres autores Juris exstite-rint; sed quod Lubecenses ad eorum instantiam Jus Lubecense seu Henrici Leonis iusticias Livoniam miserint.
- (k) In *Notis ad Witichindum* & in *Introd. ad Historiam Saxoniae inferioris* p. 61.
- (l) in *Isagoge ad Hist. Chers. Cimbricam* P. 4. c. 6.

nem oppositi demum collocata, quod HENRICO LEONI hæc gloria debeatur & ille primus Autor, & jam tum ante Friderici I. ævum Legislator exstiterit Lubecensium. Probatur hæc sententia ex utriusque Friderici I. & II. literis Confirmationis (m). Capta enim à Friderico I. civitate, supplex exstiterit civitas, ut *Libertatem traditam à Duce Henrico Leone, Civibus salvam haberet & Jura privilegia & Titulos, quos in Sylvis & pascuis possederant, confirmaret.* Annuit desiderio Lubecensium Imperator Fridericus I. Quæ primus loci fundator HENRICUS LEO jura illis dedit, privilegio a 1188. firmavit (n), firmata hac sua iterum confirmatione Fridericus II. munivit (o). Gravis nostræ assertioñis testis est ARNOLDUS LUBECENSIS (p), de Lubecensibus commemorans, quod, priusquam Cæsari Friderico civitatem aperuerint, exierint ad eum rogantes, ut *flistitias, quas in*

Privi-

(m) Scripserunt has Cæsares, capta Urbe, ut Civium requisitioni annuerent. Henricus Leo enim illi non indignuit, cum Legislatoria pars sit juris Territorii, non Cæsar's reservati. *J. P. W. art. 8. §. 1. Capit. LEOPOLDINA & JOSEPHINA art. 3. CAROLINA art. 1.* Quid in anteriori historia ex Legibus Brunslicensis & Moguntinis hic revolvendum; id docte discutunt HERCUS de Superior. Territ. §. 25. LUD. HUGO de Statu Reg. Germania c. 3. §. 20. Præcipue legi merentur THOMASUS Diff. de Statu Imperii potestate LLtoria p. 4. sq. JO. CHR. MEYER de Potestate Principum LLtoria in f. quibus, quæ MADERUS, ill. BOEHMERUS & Celeberrimus PFEFFINGERUS ad Ducale diploma Henrici Leonis de a. 1170. alibi observarunt, apposite accedunt.

(n) Stabilivit Fridericus I. Leges Lubecenses, nec quicquam immutavit in jurisprudentia privata & statu juridico Patriæ. Verba Confirmationis reperiuntur apud LUNIGIUM X. 21. Cont. 4. p. 1330. ibique: *Omnia Jura, quæ Henricus Dux Saxoniae quondam eis concessit, nos etiam ipsis concessimus.*

(o) Verba apud LUNIGIUM c. 1. p. 1333.

(p) in Chron. Slav. L. 2. c. 35.

Privilegiis scriptas habebant, & libertatem a Duce traditam nunc & ipsas Autoritate possiderent; Confirmasse itaque Cesarem Lubecensibus Libertatem Civitatis & JUSTITIAS omnes, quas scriptas in privilegiis habuerant aequae ac Titulos in sylvis, pascuis. Idem docent ALTÖR accessorum Chronicus Holsatiae (q), HELMOLDUS (r) & Documentum Friderici II. quod Hamburgensibus civibus novae civitatis indultum est a. 1232. secundem antiquam JUSTITIAM LUBECENSIMUM (s). Serupulos, si qui supersunt, eximunt omnes ipsi MAGNIFICI CONSULES LUBECKENSES, qui in Preceorio Legum civitatis Tunderensis (t) profitentur: Lubecensis civitatis JUSTITIAM a gloriose fundatore Henrico Leone indultam esse, postmodum à Friderico I. confirmatam, à Regibus, Principibus, Dominis approbatam & roboratam, à Friderico Ildo nunc stabilitam. Unicum est, quod obmovetur dubium: An vox justitia denotet hic Leges patrias? Dubium est apud Interpretes, quid velint cohærentia verba de pascuis & fluviis apud Arnoldum Lubecensem? Doctus LAMBECIUS in Originibus Hambburgens. utrumque una fascia complexurus, consuetudinem utandi pascuis aliisque bonis ad Comitatum Nordalbingie pertinentibus intellegit, & CONRINGIUS in Tractatu de O. F. G. ut & BANGER-TUS ad Helmoldum consentiunt & Justitias non de Legibus, sed de consuetudinibus & iuribus quorundam pascuorum Lubecensium intelligendas esse docent. Videamus an rete. Patet ex historia & diplomatis mediis ævi, vocem *Justitia* vel accipi generaliori sensu, vel specialiori. Si in illo, tum per *Justitiam* superioritas Territorialis indigitatur, uti docuimus verbis diplomaticum in disp. de Prenotionibus circa genuinam Originem Potentatus Principum Imperii G. Si in hoc, tum quidem summus & primus Jurisdictionis supremæ effectus significatur, qui est Legislatoria facultas ferendi & promulgandi Leges. In hoc sensu indubie accipiens est significatus *Justitia* in Documento Lubecensi Cæsareo; indubie *Justitia* Lubecensis sunt Leges patriæ

(q) Quas edidit Vir Summus LEIBNITIUS, c. 15.

(r) in Chron. Slav. c. 85. ibique BANGER-TUS.

(s) LAMBECIUS L. I. Orig. Hamb. n. 98.

(t) apud DANCKWERTUM in Topograph. Hols. p. 85.

patriæ Lubecenses sub Auspiciis Henrici Leonis collectæ. Verba vero, quæ in fine habentur, de Titulis in pascuis, sylvis & fluviis, distinctim à prioribus posita sunt, & certe respiciunt firmantque jura, privilegia Lubecensium forestalia fluviatia, verbo: regalia Titulo vel originario, vel oneroso & lucrativo Lubecensibus competentia. Probavi hanc opinionem ex SPANGENBERGIO, THRACIGERO, CYPRÆO, MEIBOMIO, WERLHOFIO, ENGELBRECHTIO, STRUVIO, LUNIGIO, ex diplomatibus Germaniæ, præcipue ineditis hucusq; in hanc rem Mecklenburgicis, fusiis alibi (u), ut quid supersit dubii in assertione de Origine Juris Lubecensis sub Henrici auspiciis, rerum gnaris non appareat (z).

§. III.

Exposita origine Juris Lubecensis (a), quæstio succedit: Occasio Jus quid moverit Henricum Leonem, Jura colligere & in scriptis Legibus ris Lube tradere censis &

Ratio.

- (u) In Specimine Documentum Mecklenburgensem n. 1. 1. p. 8. 73.
- (z) MEIBOMIUS ita concludit c.l.p. 86. Clarius nihil est verbis Friderici, qua à JO. SIBRANDO germanice descripta sunt, licet pro Friderico I. male scripsit Fridericum II. Quis vero dubitarer amplius de Autore Lubecensis Juris, cum ipsi Consules Henricum Leonem agnoscant illo tempore, quo scribi hac poterant, nec memoriam hominum effugerant. Patet simul, quanam sint illa JUSTITIAE in privilegiis scripta, quarum in diplomaticis toties mentio fit. Ad extrellum addimus, quod dicta confirmantur in Prefationibus veterum exemplariorum MSC. Juris Lubecensis, in quibus Autor laudatur Henricus Leo. Verba ipsa horum MSC. de a. 1253. addunt late SIBRAND ad J. L. p. 107. MAURITIUS Intr. ad Praxin §. 21.

- (a) Consentientes in hac expositione habemus post doctissimos Viros MEIBOMIOS & MOLLERUM, illustres Jtos LEIBNITIUM T. 1. Rer. Br. n. 25. LANGIUM in Not. LL. N. cap. 9. GYMPIANDRUM de Weichb. Cap. 80. CASPARUM THURMANNUM in Collectaneis Lubecensibus MSC. n. 37. sqq. LAMBERTUM STEINWIEGLUM, Consulem & Syndicum Stralsundensem, in MSCto Commentario ad Jus Lubecense, quo usus est JO. SIBRANDUS in Commentatione sua ad Jus Lubecense. Accedit consen-

C

sus

tradere Lubecensibus, qui vixerant haec tenus moribus, Legibus vetustis patrii, aliis institutis communibus & originariis? Pos- sunt forte ab aliis rationes afferri à consilio, ordine, usu, pru- dentia Legislatoře & territoriali, utilitate mercaturæ, & Rei- publicæ salute; verum omnes illæ communes admodum sunt & rei cardinem non vertunt. Unam commemorabo eamque pri- mam proditam nullibi, nisi in campo historico. Egerant haec tenus id studio Cesar & Pontifex, ut peregrina Jura Germanis inno- telcerent & commendarentur. Uterque è re sua esse judica- vit, Principes & cives vocare ad normam ROMANI Juris, quod soli Imperatori (b) mundi Dominum, Potentatum, Jura & regalia tribuit, non vero Principibus (c); & CANONICI, quod Pontifici mirifice favet & quasque creaturas subjicit (d). Cef- sit res utriusque non infelicitter. Duæ enim ortæ sunt factio- nes Jētorum; altera Legistarum seu Gibellinorum, quæ Ca- saris causam egit; altera Decretistarum seu Welphorum, quæ à latere Pontificis malefice stetit (e). Vincere hæc

initio

sus Ill. Dn. GUNDLINGII Diff. de Jure Oppign. Territ. §. 52.  
WINCKEMANN Not. vet. Sax. Westph. L. 4. cap. 2. n. 13.

(b) Fuit præcipue hæc doctrina grata admodum FRIDERICO I. qui & in Italia collapsam Cæsalis potestatem restituere, & in Imperio G. Romani & Carolingici regimini, minus limitati, formam sibi vin- dicare valde annitebatur. Lege OTTONEM FRISINGENSEM L. 2. c. 30. RADEVICUM L. 2. c. 4. Dn. LAUTENSACKIUM Diff. de incepta Juris P. Deed. Ratione ex jure R. & Canonicco Sctt. I. præcipue notabilem locum PANZIROLLI L. 1. c. 14. p. 124.

(c) BARTOLUS L. 24. ff. de Captiis & peſt. reverſis. INTER- PRETES ad L. Rhodium de Faſtu, quos tuto extribunt & securi- sunt REINCKINUS de R. S. & E. L. 1. & 2. c. 8. p. 97. SCHNEI- DEWINUS ad L. 7. §. 2. ff. ad L. Jul. Maj. TABOR de metatis P. 1. cap. ult. n. 4. CLUTENIUS, KAYSERUS, VULTEJUS, MYLERUS & plures citati in Tr. de Juris R. inde forensi p. 108.

(d) Loca copiose congesit Vir laboriosus & Celeberrimus Dn. PFEFFINGER in Notis ad Viriar. T. I. Proæm. p. 18. sq.

(e) De utraque Schola agunt Einleit. Jur. Röm. & Hist. p. 216. sq. JO.

EJUSQUE FONTIBUS AUTORITATE & ELOGIO. 19

initio & palinam priori præripere videbatur prætensa præcipue religione & pietate juris Pontificii (f); verum crevit mox cultus Romani juris mirifice, ex quo præterea *Fridericus I.* per insignibus privilegiis Jetos ad solertiam & Italos Scholas vocaverat (g), ut transalpes proficiscerentur & in Romanis Academiis (h) interessent Lectionibus Juris Romani (i). In Patriam reduces isti

JO. WOLFF in *Let. mem. Cent.* 14. p. 619. BURCH. GOTH.  
STRUVILIS *Vir cel. in Synt. Hist. G. diff. 17. §. 4. & in Hist. J. Can. §. 35.*

(f) Legendi his sunt Illustris Dn. THOMASIVS in pref. de causis negligentia studii juris Can. ad Mastrichtii Historiam Juris Ecclesiastici.

D. FLOERKIVS Sched. de Prerogativa juris Can. pra jure Justin.

§. 2 sq. ibique plures. Adde PANZIROLLUM L. 3. c. 10. p. 410.

(g) Vide JAC. MIDDLENDORPIUM de Acad. L. 4. p. II. REBVF-  
FVM in Libris tribus de Privilegiis Studiosorum.

(h) SIGONIVS L. 4. *Hist. Bonon.* in f. PANZIROLLVS de C. LL.  
J. Libr. 2. c. 16. CONRINGIVS in *Antiqu. Acad. Diff. 4.* Ipse  
Imperator FRIDERICVS I. Thuringia Landgravium movit, ut  
binos Principes filios studiorum causa in Parisiorum Scholas mit-  
teret. FREHERVS T. i. R. G. p. 426. BVLÆVS *Hist. Acad. Parif.*  
T. 2. p. 278. Ex ævo paulo recentiori hic liceat meminisse III. HEN-  
RICI à BRÖMSEN, *Lubecensis Consulis*, qui Bononia literas ex-  
coluit, & ante redditum J. U. Licentiatus & Rector ibidem est creatus,  
teste JO. HENR. BUTTNERO in *Gencal Patriciorum Luneburgen-*  
*sium.* Legi interim eneretur doctus Interpres Avthenticæ Friderici I.  
ANTONIVS GATTVS in *Historia Gymnasi Ticinensis* c. 13 14.  
ubi de fine Avthenticæ istius, Germanos nimirum cives Romam,  
Ravennam, Bononiam vocandi.

(i) Plures rerum circumstantias tacemus. Præcipue *Cæsareo institu-*  
*to calcar addidit*, quod plures *Decretista* seu *Canonista* in ipsius  
FRIDERICI I. qui ex parte patris GIBELLINÆ, ex parte matris  
*Quelpheca* familia ortum debet, Partes transierint. AUCTOR  
der Einleit. zur Norm. und L. Hist. p. 820. Addit ARNOLDVS  
LUBECENSIS, illum in Curulis suis utramque Factionem conjun-  
xisse ideo præcipue, quia intellexit, quod in ipso Jure Canonico  
Negotia Secularia, *Cæsar*is Autoritas præcipue & Papo *Cæsaria*  
ubique residenceant. Docet hoc ex doctrinis de *Romanâ Monarchia*

isti & peregrini juris, apud Germaniæ Literatos & Judices tum quidem inauditi, Principiis instructi, toti in eo fuerunt, ut rerum patriarcharum peritis prudentiores viderentur & ad hunc obtinendum finem id, quod transalpes didicerant, in succum & usum converterent(k). Serpuit hæc factio late admodum (l) in

*GOLDASTUS T. I. C. J. p. 227. aliisque Juris Pontificii Canonibus JO. GEO. FICHTNERVS Diff. de Imper. dominio univers. §. 5. 6. Ipsi Urbani Papa Charta huc collineat, exhibita à LAMBECIO L. 2. Bibl. Vind. c. 4. p. 85. qua Vindobonensibus Studium generale tam Juris Canonici quam Civilis commendatur. Quod magis est, exemplis & rationibus docent Cel. Ds. BOEHMERVS Disp. de praxijuris Can. in Terr. Prot. C. 1. §. XI. & CONRING. de O. J. G. p. 143. quod ipse Fridericus I. in Judicis aula atque comitatu suo Legistas & Decretistas habuerit Judices & Consiliarios. Idem de Archiepiscopo Trevirensi observat Anonymus apud BALVZIVM T. r. Miscellaneorum de gestis Baldewini. Adde locum apud CONRINGIVM de Bertholdo Bremensi Legum & Decretorum perito de a. 1179. in Tr. de O. J. G. c. 26.*

(k) Ex hoc ævo Jus R. obtinuit primam apud Germanos autoritatem eamque privatam seu pedagogicam, dogmaticam usualem, non sancitam. In hac perficit Seculo XIII. & XIV. Insecuta est Seculo XV. eternum publica & forensis autoritas Maximiliana seu Cameralis, qua Cameram egressa non est, a. 1495. Hanc exceptit denique Autoritas & Receptio Territorialis, qua sequenti ævo contigit sensim autoritate Principum sigillatim in Germania Provinciis. Ita historia cuncta fert. Fusius de hac re propediem in *Tr. de fontibus jurisprudentia Romano Germanica eorumque usu pratico hodierno*.

(l) Factum est id auctu & incremento singulari adeo, ut contentiovis vitanda causa è revi sum fit rerum patriarcharum Statoribus, contra Quos civium Libellarios, quin chartas & diplomata hujus & sequioris ævi Procerum & Principum munire clausula, novellis juris R. peritis admodum invisa: *Renuntiamus remediis Romani juris, formulis, beneficiis GLOSSARUM & Summularum omnibus. Possem, si vellem, id probare enucleatus, duc historiæ diplomatica Seculorum XII. XIII. XIV. Volve qua congesserunt Dn. HERTIVS T. 2. Op.*

EJUSQVE FONTIBUS, AUTORITATE & ELOGIO. 21

in Germania & numerose excrevit, ut non solum Novelli R. Juris periti privato studio (m) Jura R. profiterentur (n); verum

p. 424. lqq. & ill. Dn. BOEHMERVS *Diss. de praxi juris Can.* in Terris Protest. c. 1. ubi circa Juris R. in Germania primaria cultum & receptionem habentur Singularia. Consule & adde D. GRVBBIVM in *Spicilegio de varia fortuna & utilitate Juris R. in regno Prutenico* p. 20. sq. Præcipue sequoris ævi notabilis Charta legenda est apud WERDENHAGEN de R. H. Part. 2, p. 931. ubi ita: *Neque ullum scriptum jus tam Canonicum,* quam Civile huic nostro editio in contrarium opponi, aut aliter intelligi, multominus L. Cornelii de Sicariis ALLEGARI vel INTRODUCI DEBET.

(m) Post Henrici Leonis & Friderici I. ævum studium hoc certe largius efforuit occasione in primis Academiarum, quæ à Seculo XIII. & XIV. callido Cesareo consilio & tegumento, ut iumptibus Itinerum Romanorum parcerent Germani, adornari cœperunt in Germania ipsa, & quibus isti Peregrinitores Transalpini, novelli illi Doctores Italo Germani, Germani origine, Itali doctrinâ interfuerunt opera & legali studio. Quid? quod mox ab ipsis IMPERATORIBUS vel eorum Nutu à Principibus, Pomeraniae verbi causa, his Scholis praefecti fuerint Antecessores studii juris civilis ipsi Romani Doctores, Itali originarii, BARTOLVS, PETRVS RAVENNAS & Filii ejus LVDOVICVS à BEBEN-BVRG, LAMPAMIANVS, plures ut taceam Juris peregrini Interpretes, nominatos & relegendos apud TRITHEMIVM de Viris illustr. Germ. p. 147. 435. MADERVM in Epistolis Caroli IV. Gervasio Tilberiensis annexis §. 24. TENTZELIVM in Suppl. 2. H. G. p. 103. sq. TOLNERVM Cod. diplom. Palat. D. 179. Accedit, quod & illorum Plures constituti fuerint Consiliarii in Procerum Curiis, equestri honore à Cesariis condecorati & doctorali brabeo ab aliis distincti. Tacco, quid sibi voluerit Caesarum ejusdem ævi adhortatio ad Principes singulos, ut in Territoriali ubique instituerent Academias. Vide Tr. de fatis & usu studiorum feud. in G. p. 54. not. p. q: ibique Testes.

(n) Cessit demum hæc professio in numerosum abusum & justitiae detra-

rum etiam curiis Principum, judiciis & forensibus negotiis admoti, ferram contentionis cum *Consiliariis, Judicibus & Scabiniis*, boni & æqui, Legum morumque Patriæ, usus forensis, status

mentum. Plures civitates ideo cogitarunt de excludendis Doctribus R. à Consiliis, quin tulit in hunc finem & declaravit *Friedericus III.* à Cordatioribus commotus Constitutionem Imperialem a. 1441. in Comitiis Moguntinis, ubi statutum est aduersus Italos Doctores art. 5. Bey den Universitäten sollen Lehrer gehalten werden, die der Rechten, so mit wahren Grund bestätigt, warten, und nichts anders in Richtern, lesen oder lehren; und sich auch nicht von andern verführen oder davon dringen lassen, denn wie es im Deutschen Reich geordnet ist. So sollen auch an keinen Richtern die Doctores sitzen, schöpfen und beschließen, denn sie sind Stieffräter und nicht die rechten, sie nehmen dem Recht den Grund der Wahrheit, und bringen es in Unglauben, daß kein fromm Mann sein Vertrauen darin mehr sehen mag. Das hat euer verkehrte Lehre inner 50. Jahre zuwege gebracht, wo istis vor erhört worden. GOLDASTVS C. J. Tom. 2. p. 95. MULLER. N. Z. Theatr. P. 1. c. 5. Conquesti sunt de hoc Romani juris despectu Coetanei Scriptores Friedericici, PETRVS ab ANDLO & POGGIVS FLORENTIVS; sed non est, ut anxie queritur, cum non defuerint in Scholis & aulis, qui ore, scriptis, formulis, chartis tuiti sint gliscentem Romani juris autoritatem, ut exemplis illustribus docent HERTIVS c. I. REBDORFF ad a. 1362. AVENTINVS Annal. Boicorum L. 7. illustris Dn. à LVDEWIG ad A. B. Tom. 2. Ipsa inde Friederici constitutio non potuit non destitui effe & pistillo, in causa, qua radices egerat & cuius antistites excreverant in copiosum numerum. Ut igitur certi aliquid definitur in his Contentiobus; hinc, puto, Maximilianus è re esse judicavit, publica Ordinatione a. 1495. introducere Jus R. in Cameram, hac tamen Lege, multoties in Comitiis & Recessibus reperita, ut Uetus ipsius sit suppletorius, salvis moribus patriis & Legibus domesticis. Vide Specimen Enuntiatorum forensium in Praxi dubia Coroll. 1A.

status patrii & juris dicendi gnaris & obſervantissimis, undebet reciprocarent (o), iustitia plane invitā, quæ incerta, multiplex, dubia reddita, opinionibus, disputationibus prolixe irretita fuit, ut nec reus, nec actor, nec Judge haberent, in quo acquiescerent (p). Hæc rerum facies mox Seculo XIII. in cauſa est, quod principio fuerint privati homines, Nobilis EPKO REPKOVIUS & Baro GRIMMENSTEINITS, uterque ex Regionibus Henrici Leonis, Ducis Svevia Bavaria & Saxoniae, oriundus, alter Saxo, alter Svevus, qui operas locarent institutis patriis & moribus colligendis, quos Papa & Casar ut & Pontificii Romani Doctores ex Italiae Scholis in Patriam reduces ita cæperant confundere & ſupprimere peregrinis Legibus, ut inter ius & iustitiam incertitudo & multiplex bellum gliferet. Univerſa germania tunc temporis divisa erat in duos Palatinatus, Rhenensem seu Franconicum & Saxonum, vel luculentius, in partem superiorem Allemannicam seu Svevicam & inferiorem Saxoniam (q). REPKOVIUS (r) igitur in Speculo Saxonico, GRIMMENSTEINIUS (s) in Speculo Svevico *Legum morumque Patriæ*, &c, ne contranitentium crabrones irritarent, sed

(o) CONRINGIUS de O. J. G. c. 25. THOMASIUS in Delin. Historia Juris G. & in Notis ad Offici Testamentum Politicum p. 210. 387. Consulendum hic est in ſubſidii partes doctus Vir BRUMMERUS in Tr. Juris G. de Scabinis.

(p) JACOBUS WENCKHERUS V. Cl. in Tr. de iustitia indilata, von unverzogegen Rechten.

(q) Ex hac diſtincione iwas etiam Origines trahunt duo Vicariatus Imperii, alter Palatinus, alter Saxonius. TOLNERUS Hist. Pal. c. 4. COCCEJUS Jur. publ. c. 16.

(r) BECKMANNUS Hist. Anhalt. p. 356. LAMBECIUS B. V. L. 2. c. 8. p. 831. Speculi vox vero inter eruditos hujus ævi communis admodum, idem iis indigitavit, quod nunc indicant Pandectæ. Vide VINCENTII BELLOVACENSIS Speculum Historiale, Naturale, Doctrinale & Morale.

(s) GOLDASTUS in pref. der Reichs-Satungen, ill. Dn. THOMASIUS in Selectis feud. §. 45. sq.

sed iis placent potius eorumque auram & autoritatem auctorarentur, *Juris Romani simul ac Pontificii* (t) *Selectum & Sacrum* adornare ausi sunt privato studio. Verum enim ausus non cessit feliciter, quin et si ita cesserit initio, (u) mox tamen sequiori ævo hæc facies est inversa. Tot enim fabellas & neniae *cum privati tum publici Juris Collectionibus suis Speculatores inse- ruerant*; ad tot alloria, solennitates, geminationes, methodo omni & ordine exule (v), dilapsi erant, ut Principes facile operæ pre- trium

(t) Vide *Speculum Sax.* L. 2. art. 63. L. 1. art. 37. *Spec. Svec. L. I.* c. 24. 61. 253. 261. 307. 327. 348.

(u) Multi fuerunt, qui *Glossis & Scholis* hunc connatum sunt co- munitati. Legi possunt nomina eorum apud *GRYPHIANDRUM de Weichb.* c. 25. 53. Deinde etiam *Speculum Svecicum* in Rhe- ni Partibus, Helvetia, Rhetia, universa Svevia & Franconia, Bavaria, Austria, Lotharingia florere coepit; *Saxonicum auto- ritatem & usum late obtinuit in utraque Lusatia, Silesia, Bohe- mia, Polonia, Porussia, Principatu Anhaltino, in Holstia, Marchionatu Brandenburgico, Principatu Halberstadensi, Du- catu Bremensi, in Pomerania, apud Luneburgenses, Pomeranos,* verbo; in utraque Saxonia superiori & interiori, seu in his Pro- vinciis, quas in Historia ambit *Saxonica Pars Germaniaæ*. Oium hic fecerunt & quod diximus sigillatim ex omnium regionum documentis & Scriptoribus evicerunt ill. Dn. HOFFMANNUS in *Spec. de LL. vet. Germ. Origine & natura p. 108. sqq.* ill. Dn. GRIBNERUS diff. de *Terris Vicariatus Saxonici*. Male interim mox ferre caput hunc Speculorum cultum Pontifex *GREGORIUS XI.* qui Bullâ sua reprobavit *Speculum Saxonum tanquam DETESTABILE SCRIPTUM, CANONES SACROS, NATU- RÆ ET CIVILES LEGES PROCUL PELLENS. CON-* RING de O. J. G. c. 31. *GRYPHIANDER* d. l. c. 47.

(v) Singula ex ipsis Speculis commonstrant ill. Dn. HOFFMAN- NUS c. l. p. 118. sq. ill. Dn. AUGUSTINUS LEYSERUS in *Juris R. cum jure Saxonico prisco & moribus collatione 1. & 2. & Medit. adff. Vol. 1. p. 46.* Quibus accedunt ill. Dn. SCHREI- TERI & RINCKII Opuscula peculiaria.

tium esse duxerint, cogitare sollicitus de fidis & curatoribus morum juriumq; Collectionibus. Primus igitur HENRICUS LEO, sagacissimus Princeps, eo animum defixit, ut concinnaret patrii Juris certi, genuini & consulti Codicem erectiori animo & Mînervâ.

## §. IV.

Accepto igitur à Comite Holsatiae portu & efformata nunc Lubeca in amplissimam civitatem, commerciis & mercatura fulgidissimam & celeberrimam in Wagria, JUS LUBECENSE colligere & ferre studuit I. ex Moribus patriis originaliis & communibus, de quibus diximus in Prælimine (w). II. ex Legibus veteris Germanorum (x), Saxonis præcipue (y) & Sla-

Fontes &  
Principia.

(w) Docent id fusi STRUVIUS in Historia Juris G. §. 27. ubi speciatim tres laudat Juris Lubecensis fontes: Mores, Jus Susantense, Jus Romanum. Consentit MEVIUS qu. pral. I. n. 55. ubi post mores triplicem quidem fontem Juris Lubecensis constituit. 1.) Principia quedam ROMANI JURIS, FORMÆ & hominibus REIPUBLICA LUBECENSIS applicata. 2.) Principia ex jure Saxonico petita. 3.) Specialis consuetudo aut statuenter voluntas. Induxit ceteroquin iste fons consuetudinarius modum Patriæ illustrem Dn. SCHOEPPFERUM, ut in priori editione Synopseos ff. Tit. I. n. 38. Jus Lubecense ad Jus non scriptum, seu consuetudinarium retulerit; sed frustra cum ob reliquias fontes, tum ob indolem Nomothetias Ducis Territorialis Henrici Leonis.

(t) Bina Exempla novissime adduxit Vir doctus in diff. habita sub Prefidio ill. Dn. BOEHMERI, de statu donationum inter Virum & uxorem antiquo & hodierno p. 34. 46. Alia habentur apud LUDWIG. T. 2. Op. p. III. 9. ut & diff. de SC. Vell. P. 1. p. 67. de Dote & Don. p. N. p. 21.

(y) HERTIUS Not. Vet. Germ. Pop. P. 3. c. 3. HOFFMANNUS I. c. p. 58. Curate in hunc finem scripsit Perillustris Dn. Cancellerius JO. de KLEIN in Specimine Annotationum ad Lauterbachii Compend. ff. p. 13. In dubio quidem statutum ex jure civili petit declarationem, sed ita, ut preferatur adhuc ius, unde proxime

D

me

& Slavico Vandalicis (2). Docebit hoc alibi collatio harum Legum quas à Seculo V. usque ad Caroli M. tempora in integris Voluminibus conquisiverunt HEROLDUS, SICHARDUS, LINDBENBROGIUS, GOLDASTUS, LEIBNITIUS. III. Ex Capitularibus Francorum & Constitutionibus Casareis Postcarolingicis (a). IV. Ex Legibus Sosaticis (b) quæ Jura fuerunt Westphalica, sigillatum

me desumptum est. Sic Jus Lubecense proximam interpretationem petit ex Jure Saxonico, unde magna pars ejus desumpta est. Consentient COTHMANN Vol. I Cons. 40. n. 51. MEVIUS c. l. Sunt vero Leges Saxonice vel veteres, vel Carolingicae, vel Postcarolingicae. Inde nomen Juris Saxonici, quod Speculo Saxonico est prius & Speculi fons. Vide LAMBECIUM B. V. L. 3. c. 5. MEIBOMIUM Introd. in S. J. H. p. 79. sq. & Prefationem Spec. Saxonici.

(2) HELMOLDUS Chron. Slav. L. 1. e 82. L. 2. c. 12. KRANTZIUS in Vandalia, & PITHÆUS in Annalibus Francicis a 849. Plura suo loco ex MAURO URBINO RAGUSÆO, GRYPHIANDRO, COCCFJO. Vide hic de dublo Thomasiano Tr. Historico Etymologicum de Consuet. Sacculari p. 64. Dicendum hic etiam esset de Legibus Werinorum, ut & Anglo Saxonis, editis à LAMBARDO, WHELOCIO & novissimum à V. CI. WILCKINSIO 1721. inf. Adde LUDEWIGIUM in T. IV. MSL. LEUBERUMP. 3. n. 33.

(a) Exempla prostant cum in Voluminibus Capitularium Casarum Carolinorum editis à RHENANO AMMERBACHIO, TILIO & novissime à STEPHANO BALUZIO; tum in Constitutionibus Imperialibus editis à GOLDASTO.

(b) Ita ARNOLDUS LUBECENSIS in Chr. Slav. L. 2. e. 35. §. 5. Imperator Fridericus confirmavit Justicias, quas in privilegiis scriptas habebant, SECUNDUM JURA SUSATIAE. Justitia ut supra diximus, non sunt privilegia in pacuis, nec jura Judicij & Fitionis; sed Leges Municipales & Jura Statutaria. Sosatia vero iura dicuntur à Civitate Soest, qua nunc relata hodie est in Comitatum March. Dicta est civitas ab opulentia, vom Zusatz und Anwachs, Sosatum, rectius Zusatum, uti docent vetustæ chartæ apud EDWINUM ERDMANNUM in Chronice Osnabrügensem.

EJUSQUE FONTIBUS, AUTORITATE & ELOGIO. 27

latim *Zusatii seu Susateniss civitatis opulentæ, celebris in Westphalia, (c) insigni Regione, HENRICO LEONI, ceu Duci Westphalia subiecta (d). Dissentit CONRINGIUS in Originibus Juris Germanici & satagit pro *Sofaria jure, HOLSATIAE jura legere.* Eundem seqvuntur BANGERTUS (e) & LAMBECIUS (f), sed invita ratione & veritate (g); confutati propterea solide à MEIBOMIO, (h) LEIBNITIO (i) LANGIO (k), quorum sententia in *Historia præterea (l), in Factis Consularibus Lubecen-**

*sibus*

- (c) Agit de Civitatis celebritate *AUTOR Vita Brunonis, Coloniensis Archiepiscopi, apud LEIBNITIUM T. 1. S. R. B. n. 25. Saxonia ci-*  
*vitas, Susatum nomine, rebus seculi est opulenta, populo plena,*  
*longe lateque circumpositis Saxonum gentibus & provinciarum*  
*populis notissima.*
- (d) Legendi sunt MEIBOMII d. l. p. 86. - 88. B. LANGIUS in  
*Intro. ad Notitiam LL. Nauticarum c. 9. p. 64.*
- (e) In Notis ad Locum Arnoldi p. 296.
- (f) In Originibus Hamburgensibus n. 202.
- (g) Apud ipsum LAMBECIUM in diplomatis ab *Adolphe Comite Hamburgensibus imperto expresse ita legitur: Et in paucis & li-*  
*gnis libertate gaudent, quam constat eos retroactis temporibus pos-*  
*sedisse; in reliquis jure fruanunt SUSATENSIUM & LUBE-*  
*CENSIMUM. Quoq; quis sine Critices abusu expunxit hic at-*  
*que extinxerit pro captu suo voces? Salve horum, qui ita agunt*  
*in explicandis Legibus & Autoribus, cerebellum perficuerunt*  
*MATHANASIUS in Chef d' oeuvre d'un Inconnu & ill. Dr.*  
*MOSERIUS diff. de usu studii Critici in jure publico. Liceat huc*  
*referre V. Cl. NOODTIUM qui in Tr. de de forma emendandi*  
*doli mali, in Lege 7. pr. ff. de dolomalo, verba, quæ ipsius assertio-*  
*nii contrariantur, fidenter expunxit, hoc ratiocinio: Egrotat Lex,*  
*ergo est recreanda. Ita vero recreat, ut vitam vocis extinguat*  
*penitus.*

(h) *Intro. in Hist. Sax. inf. p. 86.* (i) *Tom. I. Rev. Brunsv. n. 15.*

(k) *Intro. in Notitiam LL. Nauticarum c. 9. p. 46.*

(l) *Vide lit. c. d. Accedunt insignia HELMOLDI C. S. Libr. I. c. 57.*

D 2

§. 2.

ſibus (m), in *Collatione Legum Lubecensium & SAXONIUM WESTPHALORUM* (n) & speciatim *SUSATENSIUM* (o) testatissima eſt & illustrata, ut non ſint amplius, qui de veritate assertionis subdubitent (p). V. Ex *Legibus Wisbycensi- bus*

§. 2. Et landati LANGII c. l. p. 65. testimonia de Copiosis Migratio- nibus Westphalorum in Polaborum, Raceburgensem terram, in Wagriam ejusque celeberrimam civitatem LUBECAM speciatim.

(m) In quibus conſpicua ſunt nomina primorum Senatorum Westphaliorum, ut & ſigillatim Dominorum VOLCKWNI: HERMANNI de SUSATO. Traetat hoc argumentum MEIBOMIUS c. l. p. 87. Iq. & nuper excuſit Excellentissimus D. KEMMERICHIIUS in Programmate, quod Viri consultissimi, & doctissimi Dn. D. HIERONYMI NICOLAI GERCKENII dissertatione de Jure Hagenſoltziatus eſt conſecratum. Quid? quod ex Memoria Viri magnifici & generosi Domini NICLAI à BRÖMSEN, Equitis aurati, Consiliarii Cesarei & Consalis Lubecensis, cuius merita etiamnunc perennia ſunt in Posteris, Vir inclitus & literatissimus Dn. L. JO. HENR. à SEELEN, iu opuſculo von Brömsen Thaler §. 2. in lucem noviffime conſtituerit, quod illuſtris Dn. NICOLAI à BRÖMSEN materna propago debetur Westphaliſis, nominatim Joanni & Wilhelmo Westphaliis, quorum alter Lubecensis Consul, alter Lubecensis Epifcopus fuit.

(n) Exempli loco contulit Vir laudatissimus KEMMERICHIIUS c. l. Legem Saxonum Westphalorum in Codice Lindenbrogiano de Luctro Uxorii cum Articulo XII. Juris Lubecensis P. 2. L. 2. Eſt ceteroquin hic articulo: crux interpretum, qui cum Articulo XXVIII. ejusdem Tituli collatus, illuſtri COTHMANNO & STEINWIEGIO, tum & a. 1611. consultissimis SYNDICIS Reipublica Lubecensis, MEVIO itidem ad Jus Lub. d. l. n. 81. & KEMMERICHO c. l. multum negotii facellivit.

(o) Vide utriusque juris Susatensis & Lubecensis convenientiam apud LANGIUM Introd. citat. p. 64. & MEIBOMIUM c. l.

(p) Fassi ſunt id. ill. Dn. GUNDLINGIUS d.l. HOFFMANNVS c. l.

fibus (q) celebratissimis (r), & ad mercaturam præcipue  
& nauticas res accommodatis (s). VI. Ex Speculo utro-  
que

p. 140. KEMMERICHII c. l. ubi ita: *Hodie nemo eruditorum  
dubitat, jura Susatia, quibus jura Lub. fuerunt conformata, siue jura  
celebris Westphaliae civitatis, qua Henrici L. avo maxime floruit.*

(q) Quæ dicuntur à Wisby, urbe maritima ob mercaturam cele-  
bris, in insula maris Baltici Gotlandia sita & in hodierna facie  
repræsentata ab OLEARIO in der P. N. B. L. 2. c. 3. Ætas  
harum Legum æcum Lotharii attingit, & cum ipsa celebritate  
Urbis contredit, ubi dudum confluxerant plurimæ nationes Im-  
perii G. docente LEIBNITIO in Præfatione T. III. S. B. ad n.  
39. p. 28. 29. & T. III. ib. p. 750. Idem testis est, quod HENRICUS  
LEO æque ac Comites Holstia Joannes I. & Gerardus has Leges  
confirmaverint omnibus Wisbya & totius insulae Gotlandiae inco-  
lis & ciyibus, quos in diplomate Henricus Leo valde sollicitat & hor-  
tatur, ut cum LUBECENSIBUS SUIS negotientur & mercatu-  
ram exerceant. Ipsum Privilegium Henricianum legitur apud  
LAMBECIUM in Mantissa L. 2. Rerum Hamb. n. 247. in di-  
plomate Monachorum Wisbyensium Ordinis Domini & Francisci.

(r) Docet id OLAUS MAGNUS in Historia Gentium Septentrional. L. 2. c. 24. *Ab hac insula, inquit, in omni navigantium  
controversia à Consulatu Wisbyensi datur & petitur jus & sen-  
tentia definitiva. Certe hoc jus Mercatorum & Nautarum valde  
prudenter digestum citius lites admittit pro fluidis aquis, quam alio-  
rum decisio in firma terra. Speciatim de populis omnibus trans-  
meridianis profitetur GROTIUS in florum sparsione ad jus Justiniane-  
um Tit. de Lege Rhodia p. 117. quod apud illos Leges Wisbyen-  
ses collaudatur. Quod Sveci eas reperirent, docet REGUM Confirma-  
tio apud LEIBNITIUM d. l. prof. De BATAVIS, CIVITATE  
LUBECENSI & HANSEATICIS CIVITATIBUS idem do-  
cet & probat Celeb. D. BYNCKERSHOECK ad L. 9. ff. de L.  
Rhodia. Plura de Wysbyensium L. L. autoritate & receptione,  
vide apud LANGUM c. l. p. 38.*

(s) Ex instituto hic legendum est REINOLDUS KURICKE Com. ad  
D 3 Jus

que (t). VII. Demum ex Jure Romano & Canonico (u). Ex his fontibus, sex domesticis (quibus septimus in §. 5. accedit), & ultimo adscriptio enatum nunc est *JUS LUBECENSE*, Civibus Lubecanis non solum

*Jus Maritimum Hanseaticum*, ubi p. 77. ita: *Et sane antiquissimum Jus Maritimum est illud, quod Mercatores & Nascleri communi placito olim Wisbya condiderunt. Emporium namque hoc olim celeberrimum fuit, cui URBIS WANDALICÆ VINETÆ exiitum, amplitudinem dedit, teste HERMANNO BONNO in Chron. Lub. L. 1. p. 2.* Addit de juris ipsius & Urbis historia ac statu plura singularia. Ceterum has Leges cum aliis Gothlandicis Saxonico germanico idiomate Originali edidit, & cum Codicibus vetustis contulit JO. HADORFUS a. 1689. Prodierunt ob celebritatem & Svevico idiomate, interprete MICHAELI AGRICOLA, Episcopo Aboensi; tum & Anglo, Gallico & Belgico Sermone. In Misnico idiomate Jus Wisbyensem inseruit MARQVAR!US Operi suo de Jure Mercatorum. De vetusta Lubecensi editione & aliis editionibus ac versione Latina vide LEIBNITIUM cit. pref. LANGIUM c. 5. p. 30. 44.

(t) Exempla sunt apud ill. Dr. LÜDEWIG diff. de date p. 30. de conf. coniug. extra Patrem p. 19. In Holstiens Chronicō edito à LE BNITIO in Accessionibus P. I. hæc leguntur cap. 15: *Post Vicelini obitum Henricas Leo cathedralē ecclesiam de Oldenburg transtulit in Lubecensem civitatem eo, quod hanc ab Adolpho Comite Holsatia, qui eam primo construxerat & castrum hodie Borch dictum pro munitione Civitatis exererat, prece & vi retinuerat. Dieta Civitatis Incolis FILS Municipale ex SPECULO Saxonum extractum, quod etiam adhuc habent, & libertatem navigantibus dedit copiose. Non est, ut huic assertioni dubii quicquam opponamus. Urrumque Speculum SAXONICUM & SVEVICUM floruerat haec tenus in Nordalbingia, Holstia, in Svevia & Saxonie regionibus, quippe subjectis HENRICO LEONI, Duci SAXONI & SVEVIÆ. HELMOLDUS c. 5. L. 1. c. 48. MATTH. SLÜTERUS in Tr. von Erbrecht der Eheleute pref. Vide supra p. 23*

(u) Docent hoc DUCKIUS de usu & auctor. Juris Civilis L. 2. §. 16. p. 17.

solum acceptum; verum etiam Vicinis & remotioribus Germanis.  
Mox enim non solum alii Germaniae Principes & Magistratus laudatissima Henrici Leonis consilia & vestigia sunt inseparati in colligen-  
dis Legibus Provincialibus & Statutariis (v); verum etiam ad normas

p. 17. & articuli Juris Lubecensis de dote constituenda, de hereditate institutione, & innumeris plures, quos velut uno obtutu videre licet in MOVII differentiis Juris Lubecensis & R. ex MEVII Commentarii collectis. Sunt, qui objicunt: Jus R. hoc Legislationis aeo incognitum fuisse; sed corruet hoc sponte ex historiae paragaphi praecedentis, coiuss chartis jungimus diploma & contrarium emtionis Pomeranicum apud RANGONEM in Orig. Pomer. p. 165. Adde quod Theodosianus Codex & ante itinera Germanorum in Italiam, Francia & Germania diu non fuerit incognitus. Pertinet hoc COLLATIO CAPITULARIUM & quod ex Seculo X. differit SCHILTERUS in Comment. ad Jus Feud. Allem. p. 529. Post Germanorum itinera apud Germanos Jus R. pererebuit ex glossis ACCLRSII, quas ex itinere reduces, in Patriam invexerant tumidâ solertia. Conjector, quod inde & deficiens Codicibus aliis, Corpori glossato in his zvis enata fuerit princeps autoritas, qua sibi recentiores diu imponi passi sunt stupida religione, ut Leges nullas in foro agnoverint, nisi glossatas. Suppetias fert huic conjecturae supra citata formula renunciatoria p. 20. lit. l. Adde in partes subfidales KULPISIUM diss. de Analogia Juris in Volum. Diss. p. 1017. ENGELBRECHTIVM in Examine distinctionis inter Theoriam & hod. praxin p. 22. Ill. Dn. GRIBNERUM in eleganti opusculo de Observantiss Collegiorum. §. 3. f. COCCEJUM de eo, quod justum est in dubio, ibique de veterum superstitione Glossarum cultu.

(v) Testantur hoc LL. Provinciales & Statutarie Friburgensium, Haf-  
siacorum, Coloniensium, Aquisgranensium, Francofurtenium,  
Cellensium, Misnenium, Hamburgensium, Nordhusanorum,  
Spirensium, Magdeburgensium, plurimumque, quae mox ex hoc  
aeo & Seculo XIII. sunt promulgatae. Vide de singulis & reliquis  
Seculi

mam Juris Lubecensis easdem composuerunt & excerpterunt (w); quin demum ipsum *Jus Lubecense* Plures introduxerunt ac receperunt in Principatus suos & Civitates (x). Et ab hoc aeo Dignitas & Procedria juris Lubecensis Speculi urbisque famam & memoriam expunxit, valor, usus, & si quæ ejus fuit olim autoritas, evanuit nunc ac elangvit (y), ut ubique Gentibus & Civi-

Seculi XIV. & XV. differentes ill. *Dn. HOFFMANNUM* c. I. p. 148. sq. *CONRINGIVM de O. F. G.* c. 26. *HERTIUM* diff. de Consultationibus, Legibus & judicis in Specialibus *R. G. Imperii Rebusp. T. 2. Op. p. 449. WERLHOFIUM in Specim. II. de Jure Germanico particulari.*

(w) Fecit id *Dux BUREWINUS*, *Saxonum Coloniis faventissimus*, in Jure Sverinensi municipali, uti docet collatio articulorum de alienatione honorum hereditariorum, de divisione cum liberis conjugii prioris, plurim. Hoc jus propterea ita increbuit, ut in Metropoli & Comitatu Sverinensi nonsolum, sed sequiori aeo in Civitatibus singulis *MECKLENBURGICIS* autoritatem obtinuerit, quin & celebrati nominis & usus fuerit in Pomerania. *MICRAE-LIUS* in *Chron. Pom.* p. 551. Copiam hujus Juris in latino idiomate d. a. 1220. exhibuerunt *TORNOVIUS* in pref. de feudis Mecklenburgicis & B. *THOMAS* in *Analectis Gustrov.* p. 51. sqq.; in patro Sermone aliud exemplar de a. 1263, evulgavit B. *SIBRAND* p. 1. *Jur. Lub. Sect. 10.* p. 99. sqq. bina alia Germanica de a. 1220. & 1593. exhibuit *Præses in Specim. Doc. Meckl. Num. 17.* p. 205. quibus propediem in alia diplomatica Collectione accedet instructissimum hujus Juris exemplar *Hovischiannum* amplum & fidum, haec tenuis ineditum. Adde §. 8. lit. f.

(x) De quo momento *infra in §. 7.*

(y) Possem id probari ex singulis Provinciis, in quibus Specula autoritatem initio obtinuisse supra diximus. Dicamus hic saltem de *Megapoli* & *Pomerania*. Utrobique dicam scriptam esse Speculatori docent *TORNOV de P. M. L. I. c. 2. §. 16.* p. 155. p. 677. *COTHMANNUS V. I. R. 26, n. 269.* De reliquis Provinciis

& Civibus uterque Speculator visus fuerit, & videatur etiam nunc rudis glossator & Doctor, autoritate legali destitutus (z).

§. V.

Collectis ab Henrico Leone ex OMNIS ÆVI principiis Juris Germanici, Legibus Lubecensibus; mox late effloruit justitia ea runderem & usus. Perstigit Jus in hoc genere felicitatis non solum religiose; verum etiam mox, juventute excussa, adolevit & ultra est progressum. Postquam enim post fata Henriciana Civitas à Cæsare Friderico I. in numerum Imperialium recepta & Magistratui Consulari Superior Jurisdicção & Potestas (a) fuerat indulta; eo animum defigere cœperunt illustres Patres

*Progressus,  
Compilatio  
& Incre-  
menta Ju-  
ris Lube-  
censis.*

vincilis non est, ut idem testemur. Otium enim hic fecerunt, quod Speculum Saxonum attinet, LEUBERUS de Priv. Magd. P. 5. n. 19. sq. & quod Svecicum concernit, illustris Dn. HARPRECHT ab HARPRECHSTEIN de non usu moderno Speculi Svecici in foris Svevo Franconico Palatinis Parte II. ubi ex innumeris Provinciis & Civitatibus ipsa legi possunt documenta & testimonia. Dubium moveri posset de Speculi Saxonici usu diurno ex Constitutione Brunsvicensi Ducis Adolphi Augusti de a. 1675. verum ibi de Saxonico Jure sermo est, non de Speculo.

(2) Testes sunt SCHÆFERVS in Qu. P. 2. qu. 9. n. 66. PISTOR L. I. qu. II. LYNCKER Decis. 1264. quod in ipsa Saxonia nunc nulla vis speculi superstis, nisi qua stabilita est usu & Legibus Saxoniciis. Legi ceterum meretur Documentum Augusti de a. 1574. apud LUNIGIVM im N. Q. Part. Sp. Cont. II. p. 781. & quod in hac causa de Speculi fundata intentione ratiocinantur ill. Dn. SCHREITERUS diff. de Orig. juris Sax. Pos. 27. WERLHOFIUS d. I. p. 192. Consultiss. D. HANACCIUS in Progr. de Necessitate & utilitate Studii Juris Saxonici separatum tractandi.

(a) Quia hic dici possent de JURE non solum sed & SUPERIORITATE Territoriali Civitatum liberarum imperialium in genere & speciatim de Lubeca; ea quidem pagina angusta ferre nequit.

E

Vide

Patres conscripti, ut Jus Lubecense in Ordinem concinnarent luculentum. Factum hoc est publica autoritate, Tunderensibus parentibus & Occasionem primam suppeditantibus (b) ANNO 1243; repetitum illud est, interrogantibus & potentibus c. Equitibus Livonicis (d) ANNO 1253. & 54. iterumq; ordinatus scriptum cum sub

Vide interim ill. Dn. THOMASIVM ad Monz. p. 585. diff. de Oppositione Jurium Maj. & R. f. Th. s. WILDVOGELIVM diff. de Sup. Terr. Civit. Imp. Th. 8. TITIUM de habita Territ. Germ. c. I. LUNDORPIUM T. 5. Aet. Publ. L. 2. c. 114. p. 1048: BESOLDUM de Jure Civ. Imp. Th. 8. KLOCK UIM de Contrib. c. 5. p. 130. MAGERUM de Advocacia arm. c. 6. § 187. EYBENIUM in Op. P. 2. p. 180. KNIPSCHILD de Juri Civit. Imp. c. 4. 5. & PLIRES apud BURGMEISTERUM Vol. I. Bibl. Equ. p. 953. Dissentient KNICHENIUS de Jure Territ. c. I. n. 116. OCKEL derogali Post. Jure c. 4. perill. Dn. à LUDEWIG diff. de Civit. dispuri nexus cum Imperio c. 7. & plures, quorum argumenta respondent & examinant Cel. Dn. PFEFFINGERUS T. 3. ad Vitr. p. 1140. SEHWEDERUS de Civit. f. pari nexus cum Imperio: D. FELTZIUS novissima diff. de Sup. Ter. Civitatum Imperialium.

(b) Vide supra §. 2. p. 16.

(c) Est haec erroris ratio, quod alii Ordini Livonico Juris Lubecensis Ortum tribuerint. Vide supra §. 2. 14. lit. i.

(d) Docet hoc MAVRITIUS Introd. ad Praxin for. §. 22. & miratur, quod & REIMERUS KOCKIVS in Chronica MSC Lubecensi, & Scriptores impressi muti omnes sint de hac Collectione Juris Lubecensis. Ratio petitionis Livonicorum habetur in nexus Lubecensium mercatorio, & civili cum Livonicis. Expugnaverant præterea Saxones, Lubecensium ope, Livoniæ; & Charta docente de a. 1247. apud AUTOREM der Neuen Bibliothec P. 18. p. 692. ipso hujus compilationis tempore Albertus II. Livonienfis Archiepiscopus fuit Tutor seu Administrator Episcopatus Lubecensis, integro Sexennio. Docet idem ALBERTVS CRVM-

sub auspiciis ALBERTI de BARDEWICK ANNO 1292. in 152. articulis; tum curâ Magnifici Consulis TIDERMANNI GUSTROWEN(f) ANNO 1328. Posthac addita sunt & compilata sensim plura iterum argumenta , præcipue vero nunc accesserunt ex Conventibus Hansicis (g) HANSEATICARUM CIVITATUM  
 (h) plu-

CRVM MEDYCKVS in Chronico Lubecensi. Verba ipsa adduxit doctus ANONYMVS in der Ueleitung zum Lübschen Recht 2c.p.10. sq. ubi de mercatura Livoniensi testem citat ARRHEINVM in der Lebens-Beschreibung des Schwedischen Feldherrn Ponci de la Gardie. Addendum est PRIVILEGIUM Gotfridi, Heermeisters in Liefland der Stadt Lübeck gegeben a. 1699.

(e) Induxit hoc alios , u t hunc Bardewicensem salutaverine Autorem juris Lubecensis. Vide §. 2. ubi pro Heurico de Bardewick legi debet Albertus de Bardewick. Confule SAGITTARIUML Min Historia Bardewicish.e. Vici Bardorum, Priester, Statt.

(f) LANGIVS in Introd. cit. c. 9. Testis idem est quod hoc MSC. una cum Alberto Bardewicensi etiamnunc custodiatur in manuscriptis apud Lubecenses in der Wettsuben.

(g) Dicuntur hi à Hansa, fædere, Liga, Societate, congregatione; unde hænslein, hansari, hanse un homme , idem est ac fidem dare, civem cooptare , Societatem inire. Hansa enim prisco idiomate est fædus, concilium , & inde in vetusto Codice Novi Testamenti pro eo, quod latine dicitur, Concilium fecerunt in eum, legitur: Fecerunt Hanjam. Apud Parisienses Hanseatus hodieq; ille dicitur qui est de Communia Parisiensi , uti docet DUFRESNE Glossar. p. 699. ibique BRODEVVS aliisque Testes de Hansa Teutonica. Manus propterea apud veteres idem fuit ac fides. Notum est jurandi modus per manum; notum proverbium: En fidem dextramque. BERTIVS P. 3. R. G. c. 4. Allii ab ansehnlich, à mare , à magnitudine, ab immunitate vocem explicant. Vide HERTIVM T. 2. Op. p. 180. HAMMELMANNVM C. Old. f. 423. PEFFINGERVM L. I. J. P. T. 18. p. 828. LINDEMANNVM Orig. Jur. Civ. Th. 31. LAMBEVICVM L. 2. R. H. ad a. 1441. §. 85. Opinabilis plerisque est assertio D. HICKESII in The-

(h) plures Articuli Maritimi seu Nautici; accessit igitur **SEPTIMUS fons domesticus Juris Lubecensis**, utpote **RECESSUM HANSEATICORUM**, quorum indicem ab a. 1362. usque ad a. 1601. ex MSto publicavit B. WERLHOFIUS (i).

## §. VI.

*Revisio*, Ex crescente abhinc flore Reipublicæ & commerciorum; *Perfectio* successu temporis prout ab antiquo mutatus Status, & Commercio & boderiorum postulabant utilitas & necessitas, dempta sunt multa *natus status* & rejecta, multa antiquata, multa mutata & adjecta, multa et *Juris Lubecensis*. iam alia capita civilia, nautica & hanseatica recepta. Multa vero inde irrepli& orta est Legum varietas, multiplex paulatim incertitudo & perturbatio, multa etiam & varia lectio & discrepancia cum in Codicibus Manuscriptis, tum in impressis, ut Delio demum notatore opus esse videretur, qui quid spuriū sit,

*fauro archeologico*, Libro pretiosor. A apud Cimbros est aqua; ANNA sunt aquæ; SEAT, SOET notat sedem, Habitationem. Hinc ANSEAT idem est ac Seestadt. Vide supra p. 26. lir. b. Sed fallit haec derivatio. Plures enim Hanseæ Civitates mari non alluant. LYMNÆVS J. P. Libr. 7. c. I. p. 43. sqq.

(h) Coiverunt haec invicem in FOEDUS post annum sexagesimum. Seculo decimo tertio. Dissentient quidem MORERI in Dictione voce *Hanseaticus* n. 116. WERDENHAGEN de Rep. Hans. P. 3. c. 15. verum historici rationibus causam stabilijunt & tuentur CONRINGIVS de Rep. diff 3 de Urbiis Germ. Th. 95. sqq. CASP. DANCKWERT P. 3. Topogr. Holz. c. 7. p. 217. SCHWEIDER J. P. Part. Spec. Seßt. 3. c. 9. §. 7. CRANTZIVS L. 9. Vandal. c. 7. Finis fæderis privatus fuit, utpote flos & securitas commerciorum. Vide CHYTRÆVM L. 23. Orig. Sax. a. 1572. LAMBECIVM L. 2. R. H. a. 1241. §. 83. BRVNNEMANVM diff. de Incrementis Urbium Germ. §. 13. 14. CONRINGIVM d. 1. Th. 98.

(i) In Specimine Juris Germ. II. c 3. p. 139. -- 147. Plura collectit celeb. Dr. LVNIGIVS in Cont. 4. der N. 21. P. 2. Tit. von Hansestädt. Consule præterea KVRICKIVM in Jure maritimo Hanseatico, Notis illustrato. Hamburgi 1667. 4.

fit, quid genuinum, quid novum, quid avitum, quid usu etiamnunc receptum, quid reprobatum, extrahat & divinet (a). *Cives* inde nonsolum cum murmure hunc Juris statum sunt prosecuti (b); verum etiam *Civitates Hanseatica* (c) & quæ *Jus Lubecense* receperunt (d), tum & *Vandalica Civitates* (e) earumque præcipue *STRALSUNDIUM*, *ROSTOCHIUM* ac *WISMARIA* (f) ægre eundem statum tulerunt & omnium instantissime à Senatu Lubecensi ad sopiaendas inter gentes in Negotiis civilibus & maritimis Juris incertitudines, postularunt REVISIONEM & EDITIONEM *correctissimam*, ordinatim dispositam, numeris suis omnibus ABSOLUTAM, curatamque *cانونیام*, quæ sit instar normæ fiducie perennis (g). Non displicuit

(a) MÖLLERVS in *Isag. ad H. C. C. Part. 4. Cap. 6. §. 3.*

(b) Inde convitia: Das Lübsche Recht glüpsich, lobbisch Recht: Das Lübsche Recht ist ein Rollwage, den man schieben kan, wo man will: eine Gaufeltasche, damit die Städte spielen könnten. MEVIVS qu. *Prel. I. n. 49.*

(c) De quibus CHÝTRÆVS c. I. p. 608. Metropoles Fæderis fuerunt quatuor: *LUBECA*, *Colonia*, *Brunsviga*, *Dantiscum*.

(d) Vide infra §. 8. sqq.

(e) Quorum sex numerantur: *Lubeca*, *Hamburgum*, *Rossochium*, *Sundium*, *Wismaria*, *Lunenburgum*. COCCEJVS *Jurispr. publ. in Sect. de Vandalia*. PFEFFINGERUS T. III. c. I. p. 833.

(f) Docent hoc STRUVIVS in *Historia Jurium Romani, Germanici, Fennalis &c. cap. 6. p. 504.* Audiamus MÖLLERVM V. Cl. c. I. Senatus Lubecensis perturbato juri Lubecensi, postulata Civitatum, cum aliarum, tum *STRALSUNDENSIS* in primis *ROSTOCHIENSIS* ac *WISMARIENSIS*, allaturus remedium, simulque sequiorum, quibus passim illud onerabatur, Judiciorum liquidatio refrenaturus, a. 1582 per Trium viros illud curavit revidere, emendari, & remotis, que fori usus respuebat, in congruum Ordinem redigi. *ROSTOCHIENSES* præcipue anno 1579. & 1582 per Deputatos Revisionem postularunt & utserunt.

(g) Rationem, cur laudatae tres *Civitates* præcipue Revisionem utserint

Splicuit hæc interrogatio, sed visa omnino est necessaria ac utilis SENATUI LUBECENSI; hinc anno 1582, mox demandavit Emendationem Juris Lubecensis Triumviris excellentissimis, *Consuli meritis & Canis conspicuo* JOANNI LUDINGHAUSENIO, Syndico D. CALIXTO SCHEINIO, & Senatori GOTTSCHALCKIO à STIETEN (h). Maseule hi currere cæperunt & defudare in occupato stadio; verum antevertit nihilominus curas eorundem JOACHIMUS KOLLIUS, *Holsatus, Consul Cremensis*, evulgans a. 1586. Hamburgi ein Rechtbuch, darin die Artikel, so man Lubisch Recht nennet und in dem MSC. gefunden, nicht allein in eine bequeme richtige Ordnung gebracht, besondern auch das Kaiserliche, Sachsische und Gottliche Recht zugleich mit eingeföhret und angezogen werden. Edito hoc libro juris methodico, tantum abest ut *Triumviri Lubecenses* manus in sinum recondiderint; ut potius incitati fuerint, impensiori studio laborem maturare cæptumque filum pertexere usque ad coronidem (i). Non fefellerunt in hoc zele unitæ vires. *Eodem enim anno adhuc prodiit Lubeca Eorundem EDITIO Juris Lubecensis revisi & emendati* (k) latine

serint, repeate ab arctiori earundem nexus, foedere, cum hanseatico, tum particulari, commercio, vicinia & mutua negotiatione cum Lubecensibus. Consentit *Jureconsultissimus Vir & Anonymus* c. l. vom Lubischen Recht §. 16.

(h) Vide MÖLLERVM d. l. §. 5. p. 467. MEVIUM in Proleg. qu. I. n. 52. De meritis & eruditione SCHEINII, Syndici olim oppidi sui Natalis Misnensis & post Kiloniensis Civitatis, speciatim egit FREHERVS in Theatro Virorum clarissimorum. Obiit 1600. Primus & ultimus fatis cesserunt, a. 1589. 1588.

(i) ERICUS MAURITIUS in *Introd. ad Praxin for.* §. 22. judicat, quod KOLLIUS labore suo Editionem Lubecensem stimulaverit. Adde MOLLERUM c. l. §. 5.

(k) Vide LANGIUM in *Not. LL. N. c. 9.* p. 67. Dubio caret, hoc ipso revisionis aucto ab Emendantibus Juri Lubecensi plura Juri Romani

tino (l) pariter ac patro sermone, utroque *authentico* (m),  
typis *Johannis Balhornii* (n). Ipsa hæc Editio, sæpius reite-  
rata

*Romanī capita inserta fuisse*, quandoquidem illud jam nunc in  
Imperio & Provinciis erat longe receptissimum & undelbet de-  
cantatum. In eundem sensum accipienda est assertio *Dn. HOFF-  
MANNI c. l. p. 183.* Differt proinde in aliis capitibus *KOLLI-  
ANA* editio à *Lubecensi*, quæ accurate Senatu prodit. Vide  
*ill. Dn. THOMASIUM in Annot. ad Conradi Sinceri sen KULPISII  
Dissertationem Epistolicam de Legum vet. germ. Autoritate &c.  
§. 19. p. 22.*

(l) *Nondum vidi*, inquit c. l. *MÖLLERUS*, editionem latissimè  
Typographeo *Johannis Balhornii*. Legi vero hæc poterit in Com-  
mentario *MEVII* & *SIBRANDI*, uti vel patet ex præfatione.

(m) Differt ceteroquin sæpiuscule uterque Textus. Ita in Germanico legitur L. 1. Tit. 2. art. 5. Es soll kein Bürger sein Erbe,  
Nente und Eigenthum sc. In latino: *Nemo civium rem suam  
in memorem censumve.* In germanico L. 2. Tit. 2. art. 26. die  
Schuld soll der Mann zählen. In latino locutio est impersonalnis. In germanico L. 2. T. 2. a. 27. de *Vidua* saltim sermo  
est; in latino etiam de *Viduo*. Ita in germanico L. 3. T. 2. a. 2.  
legitur: *So muss er es selbst lösen:* In latino vero ita: *Non nisi  
REFUSO prelio recuperare potest.* Ergo intelligitur pretium,  
quod possessor autori suo solvit. Laudem hic meretur *ANONY-  
MUS* laudatus, qui d. l. p. 19. sqq. discrepantes hos Textus ordine  
invicem contulit, quales præter citatos sunt in L. 1. *Titulus* 3. art.  
3. Tit. 5. art. 4. T. 5. a. 5. in *Libr.* 2. T. 2. a. 24. in L. 3. T. 4. a. 5.  
T. 7. a. 2. T. 9. a. 5. in L. 4. Tit. 8. a. 9. T. 15. a. 3. T. 16. a. 2. in  
L. 5. T. 3. a. 4.

(n) Fuit iste indubie Typographus Sciolus, sibi initio indulgens  
nimis & tribuens licentiam, interpolare suis argutiis imprimen-  
da in Typographeo. Audit inde in proverbio ipsius memoria  
hodieque male.

rata (o), *JUS LUBECENSE* in eam nunc faciem conjectit & transfiguravit, qua nostra atate illud Lubecæ conspicitur, duo si saltim circa recentissimum & hodiernum præsentem statum adhuc monuerimus. *Primo* enim integer *SEXTIUS Liber Juris Lubecensis* valde immutatus est per promulgationem Peculiaris Juris Maritimi des Anseatischen See-Rechts (p), quæ facta est Lubeca a. 1614. ne dicam de aliis Legibus & Ordinationibus Nauticis (q). *Deinde* *Jus LUBECENSE* in iis Capitibus hodie subit

(o) Prima Editio post Lubecensem Ballhornianam est *Stetinensis de eodem anno 1586.* MÖLLER c. l. p. 498. Hanc insecuræ sunt Editiones Stetinenses de a. 1594. 1595. *Lubecenses de annis 1595. 1608. 1614. 1616. 1644. 1657. 1680.* Nostro ævo a. 1705. *Glückstadi;* a. 1708. *Lubeca sump der Schiffssund Hochzeits-Ordnung,* & novissime a. 1717. *Ullæ prodit curante JO. STEPHANO BURGERMEISTERO, Viro celebri,* in Parte I. des teutschen Corporis Juris Publici & privati.

(p) Longe instructius hoc est *Jure Lubecensi maritimo*, contento in Libro sexto, à MEVIO propterea non exposito. Nihilominus vero, recte judicante post alios B. LANGIO, Liber iste exspectat interpretem. Multa enim in jure Lubecensi maritimo reperuntur, quæ omessa sunt in *Jure Anseatico Nautico*; multa vero in hoc sunt correcta, multa confirmata, multa addita. Singula hæc capita ANONYMUS c. l. §. 19. 20. p. 22. ordine & diligentí studio congesit; quin omessa illa in *Jure Anseatico*, sed posita in *Jure Lubecensi*, docte explicuit, §. 21. p. 24. - 35. ut hæc interpretatio esse queat instar commentarii in *Librum sextum Juris Lubecensis*. Addo LANGIUM c. l. cap. 8. ubi plura habentur historica de *Jure illo Hanseatico navalii*.

(q) Pertinent huc *Quadragesinta quatuor Articuli pœnales nautici*. Inservit hos dem See-Catechismo Summe Reverendus & Magnificus Dn. D. GOETZIUS, Praeful Lubecensium celeberrimus. Imprimis huc spectat 1.) die alte Hânsische Schiffordnung. 2.) Der Hansee-Städte a. 1614. revidirte Schiffordnung, quam MAR-  
QVARDUS una cum jure navalis Anseatico hujus anni inservit

JURI

subit metamorphosin, quæ Observantia unanimi practica (r) & Ordinationibus (s) Statutis (t) & Decretis, Mandatis, Recessibus (u) hujusq; generis aliis sanctionibus omnis ævi & anni vel abrogata sunt, vel correcta, mutata, restricta, extensa & emendata.

§. VII.

*Juri Mercatorio Lit. X. (3)* des Summarischen See-Gerichts  
Proceses der Stadt Lübeck; quæ singulae ordinationes additæ  
sunt Editioni Juris Lubecensis de a. 1655. jussu Senatus, cui tunc  
animus erat, controversias navales in judicilibus den Ober-  
und Nieder-Gerichten, amplius non definire, sed tractare in  
peculiari judicio, dem Admirals, dem Seegericht, quale est Am-  
stelodami, Hamburgi, Sundis. LANGIUS c. l. p. 69. FRIE-  
DEBORN L. 1. p. 119.

- (r) Pertinet huc doctrina JURIS LUBECENSIS de prioritate corum  
in concursu, qui instructi sunt hypotheca publica scripta. Praxis  
vero Lubecensem tacite hypotheca æque favet.
- (s) Quales sunt die revidirte Ober-Gerichts-Ordnung, das Nie-  
der-Gast und Appellation-Gericht, die revidirte Nieder-Ge-  
richts-Ordnung, quæ pariter Editioni Juris L. de a. 1655. instar  
Coronidis sunt additæ. In his vero correcti & mutati sunt Juris  
Lubecensis Tituli & articuli varii, utpote articulus 12. Tit.  
7. Libri 1. Titulus 10. L. 5. Articulus 7. Tit. 3. L. 5. Articulus  
1. T. 3. L. 5. Articulus 2. T. 4. L. 5. De aliis Ordinationibus  
vide MÖLLERUM c. l. c. 6.
- (t) Pertinet huc Exemplum adductum à MARQVARDO de Jure  
Mere. L. 2. c. 10. n. 18. de a. 1651. d. 16. Apr. ad L. 6. Tit. 1.  
Art. 9. Ita etiam MAGNIFICUS SENATUS LUBECENSIS  
in peculiari Declaratione Articulum secundum Tit. 2. Libri I.  
emollivit intitulū Forenum seu Exteroruū, qui Lubeca commo-  
ratur propter Negotia, als Factoris und Commissarii. Lau-  
dat hanc aquitatem Dn. MARPERGERUS im Rauffmanns-  
Magazin in voce Commissarii.
- (u) e. g. RECESSUS de a. 1665. d. 26. Jul. de a. 1669. d. 9. Jan. quo-  
rum est innumerous numerus. Potiora mandata Hamburgenſis  
Civitatis recenset Autor Biblioth. Matfeldiane p. 217.

## §. VII.

**De Obliga-**. Hactenus de Juris Lubecensis Historia ratione Originis, *zione & usu* Fontium & publicationis. Videamus nunc de *usu, obligandi indeole* seu *indo- & forensi ratione Juris Lubecensis*, quod facile dictu est, si distinx-*e*le foren-*rimus inter Cives Lubecenses subdios, & Exteros Cives alios aliorum* si *Obligan*. Principum. ILLOS Jus Lubecense obligat VI LEGISLATORIA *di Juris HENRICI LEONIS*, post etiam Autoritate seu vi nomothetica ci-*Lubecensis*, vitaten*si SENATUS LUBECENSIS*. Vivunt igitur Subditi his Legibus omnibus & singulis eisque obligati sunt jure Legisla-*tio*nis originario territoriali. HOS vero Jus Lubecense obligat non nisi *jure voluntario & receptissimo*, hoc est, obligat Exteros, in quo-*rum* for*a illud introductum est à Principibus & Magistratibus,* *jure receptionis territorialis*. Valet igitur apud Foren*les* in a-*liis Territoriis, quia est receptum, iterumque eiusque valet,* quo*usque & in quantum receptum est, hoc est non abrogatis* propterea, sed salvis in subdilio salvis patriis moribus & Legi-*bis*; pariter uti res comparata est in hoc tertio cum Jure Iustini-*aneo Romano*, subditos Romanos quippe obligante vi Legisla-*tio*nis; Germanos vi Indolis sub*sidaria & Receptionis* (a), ut proinde anim-*um* nunquam nisi mirantem subeat insignis inconsiderantia eorum (b), qui Juri Romano in Imperio Germanico Autoritatem Originariam *domesticam* seu Legislatoriam fiderent sed admodum

incante

(a) Facta illa est in Supplementum deficientium morum Legumque patriarcharum, & suffragantibus tum quidem æquitate, ratione, in-*dole & statu Reipublicæ G.* in qua ceteroquin peregrinum est Jus Romanum, secus ac Lubecense, quod est proprium & domesti-*cum Lubecensibus patrium. Habentur de hoc argumento Præsidia hi-*storica & legalia ex Instituto apud CONRADUM SINCERUM* de Germanicarum LL. ac Romani juris in Rep. nostra Origine & Autoritate præsenti & B. KESTNERUM Tr. de defect. juris Communis in Rep. Germs. probl. 4. sqq.*

(b) DUCKII de *usu & aut. Jur. R. L. 2. c. 2. §. 20.* REINKINGII de R. S. & E. Libr. 1. cl. 2. c. 8. LYMNÆI L. 2. Jur. Publ. cap. 8. §. 4.

incaute (c) tribuunt. Una vero residua est quæstio circa Obligandi indeolem *Juris Lubecensis, intuitu facta Receptionis ab Exteris.* Dum enim extra territorum & dominium Lubecense hi illud receperunt, quæritur: *an habeat Jus Lubecense apud illos fundatam juris*

(c) Ratio est, quia imponi sibi passi sunt à *Scriptoribus PANCIROLLO, GIPHANIO, CIRONIO, GRAVINA*, quos exscripserunt sine sobria meditatione. Illi vero de Germania non sunt locuti, ne cogitaverunt quidem, cum Justinianus ibi non imperaverit. Recte ideo *Dn. D. BRUNNQVELLIUS in Hist. Juris R. G. p. 533. 363.* ita sentit: *Sententia eorum Legistarum, qui jus civile R. in Germania originarium & receptum esse unicum, Germanie Legibus & moribus omnibus abolitis, contendunt; ea sicuti falsa Doctorum ITALICORUM, in primis CAROLI SIGONII in Libro de Regno Italia L. XI. narratione nititur; ita merito à viris Statutis Germanici peritis exploditur, uti P. 3. c. 2. M. 2. p. 455. ostendimus.* Parì inconsiderantia peccari solet in applicandis regulis inter vulgis notis: *JURA STATUTARIA GERMANICA ex ROMANO jure, adeoque non ex rationibus suis domesticis, accipiunt explicationem, restrictionem, declarationem; Ita sunt interpretanda ut quam maxime accedant ad jus civile, ne hoc quam minime ledant; quas Germani incaute exscribunt ex Romanis Scriptoribus, qui recte ita statuunt de Romanorum Magistratus statutis, utpote ex Imperialis R. Juris fonte, ceu vero & summo domestico, exponendis, & ita constituendis, ne contrariantur summo Juri Territoriali Caesaris, vi Legislatoria originaria obliganti; quemadmodum ex adverso in Germania, Magistratis & subditis data non est facultas ferre Leges & statuta Juri Territoriali Principis Legislatoris ac Domini Provincialis contrariantia.* In *Jure Ecclesiastico* parì ratione sàpe oberratur; & pertinent huc doctrinæ de juramento pro matrimonio, de sponsalium indissolubilitate, de matrimonii Sacramento & plures, quas *CARPZOVIUS* præcipue in *Jurisprudencia Consistoriali* fidenter exscripsit ex *Scriptoribus Pontificiis*, inconsultis Protestantibus Doctoribus & Ra-

Juris intentionem, ut qui ad illud provocaverit, Legis autoritatem & usum neutquam probare debat, sed in adversarium onus devolvet, probandi contrarium, quod Lex recepta non sit, vel abrogata? Certe, qui quoad Jus Romanum circa hanc quæstionem affirmative respondent & allegantem ab onere probandi liberant; quod recte fit à Practicis & plerisque Doctoribus (d); ii nec quicquam habebunt, quod hic cum ratione obmovere possint; turpe enim erit Doctoribus, si doctrina, quam alibi tuiti sint, illos nunc ipsa redarguerit. Urigitur largiamur & definiamus aliquid; distinctum asserimus & tuemur principio quoad JUS R. quod quidem juxta alios Jtos, *Veritate historicâ ejusque rationibus spectatis* (e), ipsi non tribuenda sit fundata intentio; verum, quod illi hæc tribuatur nihilominus & tribuenda sit omnino nostra etiamnunc ætate, *spectata Praxi Juris, ejusque consulta Ratione & Necessitate* (f). Deinde, quod JUS LUBECENSE attinet,

longe

tionibus. Taceo plura. Quisque enim suos patitur manes. In multis labimur omnes. Vide ceterum nobiscum consentientes ill. Dn. MEVIUM qu. pral. pr. ad F. L. 1. n. 17. p. 3. Dec. 382. n. 5. D. RANISCHIUM diff. de inconvenientiis juris Germ. ex Jure R. explicatione §. 4. sqq. TITIUM in Not. ad Laut. pref.

(d) quos citat & sequitur Praeses in Med. feudal. p. 64. Adde B. SAM. STRYCKIUM Diff. pral. II. M. §. 27. LYNCKERUM ad Tit. de O. J. §. 12. præcipue ill. Dn. GRIBNERUM diff. de jure incerto.

(e) Necuntur hæc argumenta late a CONRINGIO de O. J. G. c. 23. ill. Dn. THOMASIO de statu Controv. in qu. de llsu juris Justin. §. 4. præcipue ab ERN. HENRICO KESTNERO de def. juris comm. p. 31. sqq. & KULPISIO diff. Epistol. c. 1.

(f) Cum ipsa receptione necessitas hæc præceos est coæva. Quæso enim, qua ratione receptum in Camera & in Territorii Principium Jus Romanum, ulum potuisse unquam sortiri, nisi tributa ipsi fuisset fundata intentio? Elusoria fuisset tota recepicio, si Provacans ad Jus R. probare debuisset, illud esse in usu. Etenim nunc

longe minus, vix quicquam dubii obsistit huic assertioni, quia clare omnia in ipsa Receptionis chartis, historia & Præsidii sunt definita. Constat enim receptum esse JUS LUBECENSE vel expressis verbis integrum (g), & tum quidem perinde est, quâ in Legi quis fundamentum causæ sua & intentionis ponat, universim unum & ubique sigillatum militat pro eo justitia & usus Juris Lubecensis, donec alter contrarium probaverit Legibus patriis contrarii & validis Documentis ac Rationibus. Vel constat, illud nominatum saltim receptum esse expresse iterum in partibus nonnullis seu in certis argumentis ; (h) & tum quidem frustanea est quæstio, quia ad alia capita non recepta, qui provocat, non auditur. Post & in aprico est, receptum illud vel fuisse sub formula, quæ plerumque in Chartis Receptionis occurrit, simplici nominationis JURIS LUBECENSIS ; vel demum, deficiente Charta Receptionis, introductum illud esse usu & consuetudine Magistratus ; & tum quis est, qui in utroque casu certi-

nunc demum illud erat introducendum ; quibus igitur artificis Legis citatae lux autoritatem potuisset Provocans probare ? An testimonialis ? An Observantilis, an præjudicilis & rebus judicatis ? Omnia hæc tunc impossibilia erant, sunt præterea insufficientia & fallacia, quis & nunc singularum Legum receptionem & usum sigillatum probare poterit ? quibus certis testimoniosis quæso, quibus argumentis ? Ne itaque receptio Romani Juris sit otiosa, ne Juris Incertitudo suboriat, crescat, & lis ex lite oriatur ; hinc valeat necesse est olim & etiamnunc regula : Tribuit receptionum Jus pro allegante presumptionem, donec hoc elidatur in probatione contraria. Consule in auxiliis partes SCHILTERUM in Actis Erud. A. 1682. p. 365. HEIDELMANNUM Diatr. Hist. de Juris R. receptione & autorit. Sect. 3. §. 3. HARPRECHTIUM c. I. Part. I. cap. 3. lqq.

(g) Docebit hoc infra charta Receptionis Rostochiensis §. 9.

(h) Factum hoc esse in nonnullis civitatibus Mecklenburgieis commemorat TORNOVIUS Tr. de fenis Meckl. T. I, in pref.

F 3

certi aliquid definiverit, nisi JURI LUBECENSI vel Lege vel Usu recepto, fundatam tribuerit integralem intentionem, donec hanc eliderit dissentiens contraria Lege priori vel derogatoria, vel contrario usu, rationibus suis fidis stipato (i)?

## §. VIII.

*De Autoritate J. Lubecensis*. — Vocamus nunc ultro ad historiam de *Juris Lubecensis auctoritate* & *Receptione* cum Germanis, tum Exteris & Finitimis. In HOLSATIA *Jus Lubecense* adoptarunt Rendsburga, Kiloniam, Itzehoa, Oldesloa, Crempa, Segeberga, Wilstria, Hilgenhusia, Neapolis Wagrica, in Holatia. Neustadt, Oldenburgum ac Lurkenburgum (a). In ORIS SLESWICENSIVM *huc referendae* sunt Tundera & Burga Femariensis (b). In PORUSSIA civitas Elbingensis à Lubecensibus exstructa, vi privilegii supremi Magistri Henrici ab Hohenloh, *Juris Lubecensis* usui subscriptis & ad eundem cultum post excitatit Brunsbergam, Frauenbergam & Memeliam (c). De LIVONIA

(i) Recte ita WERLHOFIUS in *Specim. 2. juris Germ.*, enucleati p. 204. & ill. Dn HOFFMANNUS c. l. p. 138. ubi ita: *Et pro generali Juris Lubecensis observatione stat presumptio*, donec contrarium probetar. Docet idem MEVIUS in *questionibus preliminariis*. Idem etiam qu. 5. 6. de eo late vidit, quodmodo Civiles Jure Lubecensi obligati, obligentur hoc jure si commorati fuerint extra civitatem in aliis territoriis. Adde COTHMANUM I. *Resp. 47. n. 114. sqq. Resp. 11. n. 118. sqq.*

(a) WERLHOFIUS c. l. p. 202. MÖLLERUS c. l. c. i. §. 3. ANONYMUS *Helmodi Continuator*, apud Cyprenum Annal. Slesv. l. 2. c. 5.

(b) CYPRAEI Hist. Eccl. Slesv. p. 252. MAURITIUS d. l. §. 22. In veteri MSSto *Juris Lubecensis* de a. 1253. *Memelia* dicitur Mornlenburg.

(c) D. GRUBILIS in *Spicilegio de varia fortuna juris R. in Regno Pruten.* §. 214. p. 30. HARTKNOCH in *Alt- und Neu-Preussen* P. 6. c. 7. p. 592. Adde, quod *JUS PROVINCIALE PORUSSICUM* ex Jure Lubecensi sit collectum; quid? quod collatil doceat, *Titulum quintam Libri quarti verbotenus prescriptum esse*

EJUSQUE FONTIBUS, AUTORITATE & ELOGIO. 57

NIA prostat supra testimonium (d); prostant non minus documenta de WISMARIA (e) & inclutissima HAMMONIA (f). *Wismaria.*  
Præcipue in POMERANIA & MEGAPOLI, proscripto mox *Hambur-*  
*Speculo g.*

esse ex Jure Lubecensi. Alla Exempla vide p. 31. & in sequenti lit. f.  
ac §. 9. Adde ceterum, quod de Juris Culmensis, Magdeburgici,  
Flamingicis, Silesiaci, Friburgensis, Saxonici, Romani usq; In  
Prussia docent GRÜBIUS c. l. §. 19. Iqq. HESSIUS. d. l. §. 1. - §.  
12. LAMBECIUS B. V. L. 2. p. 83. CONRING. c. l. c. 29.

(d) §. 2. p. 14. Pertinent huc verba veteris Manuscripti Juris Lubecensis de a. 1253. quod citat SIBRANDUS in Jure Lub. p. 107.  
ibique: Im Jahr M CC LIII. do lethen de Herren un Nadmann van  
Lübeck thosamende schriven duße Rechte, um sündlicher Bede willen  
eherer Friude als des christlichen Meisters un Broders des Dudiischen Or-  
dens von Lüffland; welche jura denen von Lübeck gegeben sind von dem  
Durchl. Meister u. Vvner der Stadt, Herzog Hinrich tho Sachsen ic.  
und welche um Leve willen der vorgeschrevenen Herrn ehnen tho Lüffland  
gegeben sind. De Revalia in specie testatur ANONYMUS lauda-  
tus c. l. p. 38. Obtinuisse pariter in Polonia autoritatem, testis est  
Dn. MÖLLERUS in Ifag. c. 1. §. 2.

(e) MEVIUS Comment. Juris Lubec. qu. 2. n. 23. Iqq. SIBRAN.  
ad Jus Lub. Secl. V. I. & Secl. X. n. II.

(f) Vide supra p. 16. diploma Friderici II. de a. 1232. Frustra igi-  
tur assertum nostrum negat CONRINGIUS c. l. Sequitur  
HENRICUM MEIBOMIUM d. l. p. 84. SPANGENBER-  
GIUM L. 2. Chron. Schaumb. c. 7. p. 87. & ADAMUM THRACI-  
GERUM in Chronicō Hamb. MS. ad a. 1727. qui quod HAM-  
BURGENSES gavisi & usi sint olim Jure Lubecensi, diserte com-  
memorant & docent. Ad mininimum ad illos MEVII & MÖLLERI  
verba quadrant, qua haec sunt: Sunt insuper alii in Germania, imo  
ex extra eam civitates inclite, qz; licet ipsum Juris Lubecensis sy-  
stema non adoptarint, eandem tamen materiam, imo eundem pen-  
tenorem, eosdem mores, EADEM THEMATA AMPLE-  
CTUNTUR, & foris ac Negotiis suis applicant. Est hoc idem,  
quod supra diximus p. 32. lit. w. quodque probatu facile est de

HAM-

Pomerania.

Speculo Saxonico (\*), profusa est largissime Juris Lubecensis dignitas atque auctoritas. Utraque vicinior provincia, utpote antiquior, quam aliae, vinculo, commercio & commodo cum Lubeca colligata, summo ubiq; plausu Leges Lubecenses exceptit, ut pauca sint civitates, quibus ulro vel à Principibus potestas iis utendi haud fuerit indulta ac mandata. In POMERANIA Stralsundum à WITZLAO Ruggia Principe Libertatem uendit Jure Lubecensi oneroso titulo indeptum est (g); natae etiam idem sunt beneficium Colberga, Gryphswaldia, Stolpa, Coslina, Wollina, Grimma, Nova Treptovia, civitas Bardenis, Bahrt (h), Wolgastum, Anclam, Demmin, Uckermünde, Gutzkowia

HAMBURGENSIBUS, quorum STATUTA multa debent codici JURIS LUBECENSIS, ut MÖLLERUS, MAURITIUS & ANONYMUS citatis locis, & sigillatim GLOSSÆ in Jus Municipale Civitatis Hamburgensis MSC. de a. 1497. ut & in Librum Civitatis MSC. de a. 1497. copiose docent.

(\*) Vide supra §. 4 p. 32. Docent hoc fusiū & confirmant CARPOZOV. de L. Regia c. 1. S. 18. n. 7. STRYCKIUS disc. Prel. II. M. p. 27. COTHMAN. Vol. I. Conf. 27. 27. Vol. I. R. 26. n. 269. STRUVIUS Hist. Juris Germ. p. 475. HOFFMANN de Orig. LL. Germ. p. 115.

(g) Auno 1314. MEVIUS ad J.L. qu. 2. n. 23. SIBRAND Jure publ. Lub. p. 95. ubi & de aliis Pomerania civitatibus testatur.

(h) De quibus vide ÆGIDIUM van der MYLEN de antiqua Pomeranorum republica §. 8. apud RANGONEM in Originibus Pomeranicis p. 95. BUGENHAGIUM in Chren. MSC. L. I. c. 7. WERLHOFIUM c. l. p. 202. & Dn. MARTINUM RANGONEM in Diplomatibus Veteris Pomeranicis, ubi passim ipsa habentur diplomata Receptionis. De Treptowia p. 195. in Privilegio de a. 1287. hæc leguntur verba, ex quibus claret, receptionem Juris Lubecensis ibi & GRYPHISWALDIAE factam esse à Duce Slavorum ad exemplum Principum Teutonicorum, quod aijunt, INTEGRALITER: Nos Bogislaus Dei gratia Dux SLAVORUM

kowa (i), ut plures taceam (k). Si in quæ alia Provincia,  
certe in DUCATU MECKLENBURGICO Autoritas juris Lube-  
censis largiter est conspicua. In plurimis civitatibus ex Duca-  
libus privilegiis & chartis receptionis, usus hujus Juris juri Ro-  
mano

Megaponi.

VORUM notum esse volumus, nos unanimi consensu super fun-  
datione & adificatione & possessione nostræ civitatis Trebetow cum  
THEUTONICIS de Jure Lubecensi concordasse, quod consules &  
incola civitatis ipsius Jus Lubecense habeant & secundum hoc ju-  
dicent omnes causas emergentes; eoque jure, justitia, judicio,  
statuus & consuetudinibus OMNIBUS, in ipsa civitate & extra  
eam intra terminos & proprietatem ipsius libere & in perpetuum  
utantur, quo & quibus Civitas GRYPHSWALD iis singulis in  
civitate & suis terminis propterea perfrui habentus est consueta.  
Possent hic in verborum illustrationem de valde notabili in di-  
plomatibus vetustis Mecklenburgicis distinctione inter Nobiles  
SLAVOS & TEUTONES Observata feudalia addi; sed brevi-  
tati vacamus. Constat ceterum ex hac charta, non aberrare illos,  
qui Gryphswaldie etatem in Seculum XIII. rejiciunt. Vide Dn.  
ALBERTI GEO. SCHWARTZII, Viri docti, Indicem His-  
toria Finium Principatus Rugia, in voce Gryphswaldia.

(i) MEVIUS in Responsis super Jus Lubecense Resp. I. ANONY-  
MUS d. l. p. 41. Conferendi sunt CRAMERUS P. R. H. L. 2.  
12. 13. 6040. MCRAELIUS L. 2. n. 5, L. 6. n. 49. FRIDE-  
BORN in Chron. L. I.

(k) In Principatu Camineni Jus Lubecense valet pariter. Dn. HOFF-  
MANN c. l. p. 138. Quid de Stetino sigillatim dicendum; id con-  
gessit Dn. GEO. FRID. SIBRANDUS in Tr. von dem Stetini-  
schen Recht der Erbfolge. Legendus est SITHMANNVS in do-  
dicatione Juris Episcopalis moderni, ubi enumerat civitates Po-  
meranicas, quæ jure communi Cesareo, quæ Lubecensi, quæ Cul-  
mensti, quæ Magdeburgensibus Statutis, quæ Schwerinensi jure,  
quæ Saxonico jure olim usu fuerint ex induitu Principum. Idem c. l.  
n. 4. addit, quod successu temporis JURI LUBECENSI allisque

G

Legibus

mano dignitatē præripuit ac procedriam. Facta vero est receptio apud *Parchimenses* (l), *Gustrovenses* (m), *Ribbenitzenses*. (n) Apud *Grevesmühlenses* facta est a. 1359. sub auspiciis Alberti Ducis; *Sulzenses* a. 1298. & concedente Nicolao Domino Rostochiensi,  
apud

Legibus in Pomerania derogatum fuerit peculiaribus correctionibus, constitutionibus & Legibus scriptis. Apparet hoc præcipue *STRALSUNDIÆ* ex pactis conventis Senatus & Civium, *Bürgervertrag*, item *Erbvertrag* zwischen Herrn Philipp Julius und der Stadt Stralsund a. 1615. Pertinet huc etiam, quod in *Ordinatione Politica Pomerania c. 17.* de *Separatione liberorum ex bonis alterius parentis contra Jus Lubecense statutum est.* Ita & in aliis Provinciis & Civitatibus; receptum enim est *Jus Lubecense* salvis moribus & Legibus localibus; *Salva etiam potestate condendi Statuta nova & recentiores Leges, easque derogatorias.*

(l) A. 1218. ex privilegio *Hinrici Burewini II.* à Ducibus *Henrico & Alberto* confirmato. Vide *CORDESII in Chron. Parcumenti p. 6.*

(m) Usi sunt hi diutius ex privilegio *Burewini II.* de a. 1220. jure *Schwerinensi compendiario ex Lubecensi jure decreto.* Post reperunt *Jus Lubecense*, sed an integrum? dubitari solet ob ventilatam ibi olim controversiam de *Communione Bonorum inter Conjuges.* De qua, ut & de recepto ubique articulo *Juris Separationis*, seu *abdicationis Liberorum post binuba vota*, egit *PETRUS TORNIOVIUS Tr. de F. M. in pref.* Vide *COTHMANNUM L. 2. R. 51. n. 297. sqq.*

(n) Ab a. 1311. vi privilegii *Erici Regis*, quod confirmavit a. 1453. *Henricus Junior* in privilegiis Civitatis, ibique: dat se richten mögen na *Lübschen Recht* dar se von oldes Dinges mit beordnet sind. Vide *Specimen Docum. Meckl. inedit. n. 19. p. 217. sqq.* Sunt qui hanc phrasin de *Obligatione & Receptione Juris Lubecensis mit Lübschen Recht* beridiven, accipiunt pro actionis collatione & necessitate; sed quam frusta, vide apud *MEVIVM in Proleg. f. L. qu. II.*

EJUSQUE FONTIBUS , AUTORITATE & ELOGIO. 51

apud Cröplinenses (o) ; apud Wittenborgenses a. 1319. sub Comitis Sverinensis indulitu ; apud Gadebuschenses a. 1272. Largitorre Henrici ; demum & apud Grabovienses , Penzlinenses , Marlavienses , Gnoyenses , Boizenburgenses , Dæmitzenses , Warnemündenses (p) , imprimis Rostochienses , de quibus mox ex instituto in dissertatione *de Usu Juris Lubecensis in Foris Rostochii.*

§. IX.

*De Autori-*

Insignis præterea est autoritas, quæ *Juri Lubecensi* accepit ex plurium Civitatum *Appellationibus*, quæ tanta dignitatis Lubecensis & gloriæ *Italo POETÆ* (a) visa sunt, ut Astræam, coelo de *intuitu Appellatum*, Lubecæ refedis, peroraverit. *SUNDIUM* præcipue, *pellatione*, *WISMARIA* & *ROSTOCHIUM* usæ non solum sunt jure Lubecano; sed à Magistratu Urbico Lubecam strenue provocarunt. Non est, ut *Prorogationis Jurisdictionalis* (b), *Exemptionis* & *Superioritatis* quicquam hic aliquis coquiniscatur (c), vel factam hanc appellationem esse putet in *præjudicium Principum territorialium*; utrumque facile *Rationibus* & *historia* contunditur

&

(o) Ex privilegio Alberti Ducis, ubi & de *Kröpelinenium Appellatione ad Rostochienses ac de Canone ab iis solvendo.*

(p) Egit de singulis his *Civitatibus* earumque *Chartis Receptionis Juris Lubecensis LATOMUS* in *Chron. Meckl. MSCr.*

(a) Est iste *SCALIGER* cuius *Epigramma* hoc est:

*Si referam mibi quis credat sub limina mundi*

*Ultima, legiferi jura vigere DEI*

*Ingenium, candorem animum cultumque fidemque,*

*Fortiaque invicta pectora pura manu.*

*Dum mirata stupet terras Astræa relinquens*

*Atque putat coeli regna reseat ibi.*

(b) Vide, quæ differit exc. *Dn. GLAFÉY* in *peculiari opusculo de Voluntaria prorogatione Fétionis*; quæque ex *instituto* de hoc momento ex *statu* *hodierno Imperij & Provinciarum GERMANIAE* dicta sunt in *Specimine Juris R. dissensantis à moribus Germ. & Jave Mecklenburgico* *sigillatim Diff. 4. p. sqq.*

(c) Latius hac tradita sunt in *Specimine Documentorum Mecklenb.* pag. 225. *sqq.*

& confutatur. *Principio enim patet quod Cives fideliter tan-*  
*tum non omnes acq[ui]eferint in decretis *civilibus* Magistratus*  
*urbici, rarius in his, frequentius vero & ex instituto in Causis*  
*MERCATORIIS Lubecam, à qua ceu matrice sua Urbes Le-*  
*ges acceperant, sedulo appellaverint, utpote in quibus causis*  
*facile exspectare poterant fidam & instructissimam decisionem*  
*à Lubecanis, qui primi Statores erant Mercaturæ, Legum*  
*Wibycentium, nauticarum & maritimarum (d). Deinde constat,*  
*quod plures fuerint Civitates, qui ad alias Civitates pariter*  
*provocaverint & in dubiis causis easdemque consuluerint,*  
*cum propter viciniam (e), tum propter famam (f), tum præ-*  
*cipue*

(d) Docet hoc CONRINGIUS *Exerc. Acad. VI. de Judic. Reip.*  
*Germ. §. 94. Tr. de O. J. G. c. 28. p. 170. STEPHANI de Ju-*  
*risd. L. 2. P. I. c. 7. n. 358. 361.*

(e) Testis est MICRAELIUS L. 6. Pomer. c. 14 quod Pomeraniae  
 plures Urbes privilegiis fuerint instruæ, provocandi ad Sena-  
 tum vicina alicujus civitatis. Inde est, quod Episcopus Caminen-  
 sis FRIDERICVS oppido BUBLITZ, utut ab illo BENEFICIO  
 & USU JURIS LUBECENSIS instruæ, appellationem ad  
 COLLBERGENSES interponendam indulserit. Aliae Gryp-  
 waldenses, aliae Lubecenses leguntur provocasse. Idem de Juris  
 Spirensis existimatione observat ex LEHMANNI Chronico CON-  
 RINGIUS c. I. c. 28. docens, quod vicina urbes ad eandem in du-  
 bilibus causis sepe appellaverint. Adde quod de Statutis Bremensi-  
 bus, à vicina civitate Oldenburgenſi receptis, docet GRYPHIAN-  
 DER de Weichb. c. 77. n. 13, nec non, quod de Luneburgensem  
 Statutis differit AUTOR Topogr. Ducat. Brunsv. Luneb. p. 215.  
 docens, quod eorum talis cultus fuerit, ut vicina oppida in dif-  
 ficilioribus questionibus Judicium Luneburgense consuluerint.  
 Pluribus id scribit cel. Dr. KRESSIUS pref. ad Krügeri differen-  
 tias Juris R. & Luneb.

(f) Faciunt hoc Appellations ad Colonenses, Aquisgranenses, Ma-  
 gdeburgenses, Halenses. Ut enim à Pomeranicis & Megapolitanicis  
 civili-

EJUSQUE FONTIBUS AUTORITATE & ELOGIO. 53

cipue quia Leges earum ab illis *recepta*, vel certe matrices fuerunt *Statutorum Civium appellantium* (g), tum etiam propter mores in hoc anno usitatores, qui dicuntur *graduales*, die 25. ge (h). *Tertio* omittendum non est, quod ipsi Principes hanc *appellationem Civibus indulserint ulro in speciali privilegio*

civitatibus ad *Lubecenses*; ita à multis Civitatibus ad hos est appellationum, quia Leges eorum Primatu, prudentia & æquitate præ aliis eminuerant vel *Jes à Scabinis* citius & religiosius dici illis videbatur. Adde *Glossatorem Weichbildi Art. 10. §. 1. CONRINGIVM Tr. de O. J. G. p. 169.* & præcipue *LEUBERVM de Stap. Sax. a. 1388. SCHICKFUS Chron. Siles. L. 2. p. 251. OCKEL de Palat. Reg. p. 141. LUDWIG de Primatu Germ. c. 2.*

(g) Utrumque supra evictum est de *Lubecensibus Legibus* sigillatim intuitu Megapoleos. Idem dicendum de *Jure Magdeburgensem*, quorum Tribunal seu *Scabinatum* & *Pfaltziam* propterea plures *Misnia, Bohemia, Lusatia & Marchia Civitates* appellarunt. Legi merentur *GRYPHIANDER de Weichbild. cap. 77. 80. MEBOMIUS H. J. S. p. 80. LYMNÆVS J. P. Libr. 7. c. 32. n. 7. & LEUBERUS c. l. n. 715 sq. De Brunsvicensibus Legibus* earumque in *Civitate Cellensi & Einbeccensi cultu agunt LEIBNIZIUS T. III. S. R. B. p. 16 p. 484. & LETZNERVS in der Daf. und Einb. Chronica. P. 2. c. 7. c ult. in App. f. 121.* ibique: In hochwichtigen Sachen haben die Einbicker sich vermeige gegebenen Greyheit bey dem Maht zu Braunschweig Nährt und Rechts erhöhet. Plura exempla vide apud *VETOR de Cansis Exempt. concl. 36.* Dublo etiam caret, *appellationes* has sibi & plerumque suscepitas esse ideo, quia Judices circa sensum Articleli cuiusdam recepti statui dubii hæserunt & invicem dissidentes. Exemplum *Dannebergensem a. 1610. Luneburgenses eundem consultos circa sensum Statuti Tit. I. P. 6. von Frauengrade, suppediat KRESSILIS c. 1 ubi testatus simul est, quod Statuta Luneburgensa in PLURIBUS consiperint cum Legibus LYBICENSIM.* Corroborat hoc id, quod dissenserimus supra §. 4. p. 40.

(h) Vide *WEHNERUM Obs. Pract. voce Zugrecht, & consule ex*

gio (i), cum quidem illa salvo nexu subjectionis, in justitia & mercaturæ florem susciperetur, nec in Superioris vergeret detrimentum, quin potius in ipsius redundaret compendium, ut igitur Principes hanc Appellationem specialiter concesserint, si ea uti non deprehendebantur Civitates sponte. Etenim accedit quarto, quod hoc tempore *Judicia Provincialia & Appellationum* in Territoriis Principum nondum instituta, sed demum sequiori ætate adornata fuerint & instructa (k). Instrudis iis, sponte fluit, non solum quod Cives subjectionis jure nunc ad Curias Appellationum Territoriales, causas suas debuerint omnino devolvere (l); verum docet etiam historia & usus, quod

instituto JAC. WENCKERUM disqu. de justitia indilata C. 5.  
Sect. 2. de Appellationibus per Judge p. 77. - 86. CHRIST. JO.  
CONR. ENGELBRECHTUM Comment. de Servitutibus juris  
publici Sect. 2. M. 2. §. 12. & in Specimine I. Juris Brunsvico Lub-  
nеб. enucleati. p. 19.

(i) Quoad ROSTOCHIUM docent hoc verba chartæ Privilegii ALBERTI Ducis de a. 1358. quæ hæc sunt: Concedimus etiam, quod dicti Consules corumque successores poterunt prohibere & admittere omnes appellations facientes & interposendas ad CONSULLES in LUBECK, à quibuscumque sententiis, quandocunque & quoiescumque ipsis placuerit. Vide Specimen Documentorum Meckl. Num. XX. p. 223.

(k) Reète hoc docent KIRCHOVIUS T. 5. Conf. 91. 24. RANGO in Originibus Pomeranicis pag. 155. sqq. & ANONYMUS c. I. §. 26. pag 40.

(l) Docent hoc rationes Subjectionis & Juris Territorialis abunde, in jure publico obviæ & in Historia comprobatisima. Prodeat NICOLAUS JASQVIERIUS in Glossis ad Jns Weichbild. art. 8. commemorans: quod APPELLATIO in Halam & Magdeburgum ex REGNO POLONIAE ABOLITA fuerit a. 1356. per DILECTEM CASIMIRUM, qui in Castro CRACOVIENSI JUDICIUM PROVINCIALE nunc locavit, ut illic omnes in APPEL-  
LANDO

EJUSQVE FONTIBUS, AUTORITATE & ELOGIO. 55

quod *Wismaria* (m) & *Sundium* (n) his Appellationibus dicam  
diutius scripserint, earumque vigor pariter apud Rostochienses,  
ita

*LANDO* nunc recursum haberent. In *POMERANIA* idem  
factum mox est, institutis *JUDICIS PROVINCIALIBUS*, docente  
*VALENTINO ab EICKSTET* in *Chron. MSS.* ad a 1422. in *Vita*  
*Wartislai X.* cuius verba late refert *MARTINVS RANGO* c. l.  
Addit ibidem exemplum, quod jam *ANTE exstructa* *Judicia Appellationum Territorialia*, *Principes ipsa Appellatione Lubecensi*  
*Civibus suis*, iisque quidem interdixerint, qui exemptionis aliquid  
sibi inde vindicare & assertere videbantur. Docet, quod *Episcopi Caminenses* propterea *Appellationes versus Lubecam* inhibuerint &  
*Appellationes ad SPIRENSES* devolvendas esse statuerint. POST *Judicia APPELLATIONUM* instituta, quælo quis subditorum est, qui  
inconsulto & invito *Principe* iis obsequium & humeros rite substrahere  
potuerit. Fuerunt fateor civitates, que consuetudini pristinae inhærente  
maluerunt, quam vivere *Lege & judicio Territoriali*; verum  
docent *Annales*, quod, comperto hoc conatu, *Principes, Juris sui memoris*, publico iussu has *Civitates ad Judicia Provincialis* vocaverint, vel etiam speciali *Transactione* iisdem indulserint, ut amplius utearentur *Appellatione Lubecensi*. Prioris exemplum vide in *Tractatione JO. FRIDERICI DUCIS Pomerania cum Senatu COLBERGENSI* inita; Posterioris Exemplum vide in sequenti lit. (n)

(m) *POSTQVAM Wismaria SUMMUM REGIUM TRIBUNAL*  
erectum fuit, abrogata sunt ibi *Appellationes ad Lubecam*. Asserunt hoc ipsi verbis *MEVIUS* ad *J. L. qu. pral. 2. n. 24. ill. Dn. HOFFMANN d. l. p. 145* quibus accedit *ANONYMUS* c. l. p. 40.  
So haben Stralsund und Wismar, nachdem Sie unter Königl.  
Schwedischen Bothmäßigkeit gerathen, die alte Weise nach  
Lübeck zu appelliren, der Kron und dem Landes-Herren  
zu ehren, fahren lassen.

(n) Jure Transactionis cum *Duce PHILIPPO JVLO* initæ a 1615.  
*SUNDIUM* jure appellandi Lubecam ita gaudet, ut in ipsius  
sit

ita ut alibi (o), exstructis Tribunalibus Appellationum, exaruerit, ut, si quid reliquiatum supersit, id certe rationes Consultationis non egrediatur, vel in mercatoriis causis terminetur.

## S. X.

*Rationes Juris Lubecensis* Receptione, Valore, Usu & in-  
autoritatis signi, quam in tot Provinciis & Civitatibus indeptum est, au-  
toritate; supereft ut rationes tantæ dignitatis longè editoris  
censis ejus investigemus & conjunctim exponamus. Licet easdem in  
que Elogia. CELEBRITATEM CIVITATIS LUBECÆ & in PROOEDRI-  
AM LEGUM LUBECENSIV collocare universim. Utraque  
matrix, fœcunda admodum est, & peculiares plures Rationes pro-  
pellit. Prima est, quod Lubeca occasione longe ardua Negotiationis in Regionibus Maris Baltici Dominatum obtine-  
rit (a) & caput urbium esse cœperit, civitatum Vandalica-  
rum

fit Consilio & Optione, sive Lubecam, sive Ducale Dicasterium  
appellandi. Vide tamen, quod de hodierna praxi testatur  
*Anonymous citatus in lit. m.*

(o) Facit hoc CONRINGVS Exerc. Acad 6. § 94. in f. ubi ita:  
Mutatis in plerisque locis Legibus antiquis & accidente Regum  
& Princepum interdicto & potestate; hodie jus appellandi Lubecam pene omne desit. Addit ad hunc locum B. ENGELBRECHTIVS Spec. de genuinis fontibus decidendi jura in Ducatu Brunsv. §. 5 p. 20. quod, ubi novum jus & Judicium constitutum vel  
alicubi Leges Lubecenses abolite fuerint, ibi & abolita certe repe-  
riatur provocatio Lubecensis. Egregie haec omnia illustrant  
SCHICKFUSIUS c. l. & LEUBR. d. l. n. 651. commemorantes,  
quod exstructis Tribunalibus à Rege BOHEMIAE & BUDISSI-  
NENSIBUS, sub pena prohibita fuerint in SILESIA & LUSSA-  
TIA Appellationes ad Magdeburgum. Addunt abusum Tribu-  
nalis Magdeburgici, quod APPELLANTES tanquam Subditos  
demum tractare cœpit, & in VRATISLAVIAM Protestatione  
quadam singulari sibi afferuit Potestatem incompetentem.

(a) Conjunctus fuit hic Dominatus ex Navigationis & Commerciis  
Principio

rum (\*) præcipue, maritimarum omnium (b), post etiam Hanseaticarum, quarum Proconsulatum (c) obtinuit & Principatum (d).

## Secunda,

Præcipuo seu Prærogativa oriundus cum Autoritate, Superioritate cuidam & præminentia æmula in finitimis Regionibus & Civitatibus mercatoris. Vide GASTELIUM de Statu publico Europe Cap. 32. §. 132. p. 1244. sqq. HORNİUM Orb. Polit. p. 305. sqq. THUANUM T. I. L. 49. p. 651.

(\*) Vide Verbindnisse und Vereinbarung der 6. Wendis. Städte de a. 1546. Nota der Vereinigung zwischen den König in D. und den Wendischen Städten, rectius Wandalschen Städten, ut fuse docetur in *Tr. Etymologico Historico* p. 63, sqq.

(b) Tribut Lubecæ hoc ipium elogium Fridericus I. testa HERMANNO CORNERO in Chronico apud LEIBNITIUM T. 2. p. 750. ubi ita: *Et confirmavit Casar Lubecensibus justicias, quas à Duce Henrico prius acceperant ejusque AUTORITATE & munificentia possedabant, concessisque eisdem gratiose, ut amplius caput essent Omnium civitatum maritimarum.* Docet idem Anter incertus Chronicus Slavorum apud LINDENBROGIUM p. 205. c. 8. *Dux Henricus Leo magno veniens cum exercitu Lubekam, civitatem recuperavit de manu Imperatoris, qui fecit eam imperialem & quod esset caput omnium civitatum maritimarum.*

(c) Audiamus in hac rem Principium Recessus Traiectensis de a. 1471. inter Eduardum Anglia Regem & Civitates Hanseaticas, quod apud LAMBECLUM R. H. L. 2. in Notis §. 7. tale est: *Nos PROCONSULES totius CONSULATUS & COMMUNITATIS Imperialis Civilis Lubecensis, ceterarumque Civitatum, Burgorum communium, Oppidorum, Villarum & locorum TOTIUS HANSAE TEUTONICÆ ORATORES & NUNTII. Pertinent huc REGUM GALLÆ Ludovici VI. Caroli VIII. Francisci I. Henrici II. & IVI. Litera confirmationis Hansa Teutonica, quarum formula hæc est: Nos tres ebers grands Amis & Confederez LES PROCONSULS, CONSULS, Marchands, Anciens, Habitans de la Hanse Teutonique.*

(d) Afferimus hoc regio testimonio & verbis Ludovici IX. Galliarum

cunda, quod ibidem Tribunal erectum & ipsa sedes Judicij Vandali & Hanseatici locata fuerit (e); Archivum etiam instrui (f) & Conventus Comitiales celebrari cæperint (g). Tertia, quod glori

rum Regis, in cuius privilegio Hanseco de a. 1483, apud LEIBNITIUM p. 2. Mantis Codicis Juris Gentium diplomatici §. 36. p. 174. hæc leguntur: *Preterea si casus contigerit, aliquam civitatem Liga Hansica à corpore deficeret, eam his privilegiis gaudere nullatenus permittimus, postquam ea de re à PROCONSULIBUS & Mercatoribus CIVITATIS LUBECENSIS, que ipsius Liga obtinet PRINCIPATUM, informati fuerimus.* Accedit Cesareum Documentum Rudolphi II. de a. 1606. quod apud Collectorem Actorum Brusvicensium T. III. reperitur & his verbis utitur: *Dass der Recht zu Lubbeck als Director der Hanse städte, alle und jede hänssische Privilegia, Einigung, Capitulationes, Constitutiones, Statuta, und bey gehaltenen Hansetagen aufgerichtete Recels nach ihrer Kaiserl. Maj. Reichs. Hoff. Canzely überschicken sollen. Minus igitur curata est assertio FREHERI, qui in Notis ad LAONICI CHALCONDYLÆ locum de Germania in Historia Graeca Rerum Turcicarum in T. II. Scriptorum R. Germ. p. 7. circa finem tradit: HAMBURGUM, Civitatem divitiis splendidam, populo potentem & commerciis longinquis celebrem, FOEDERIS HANSEATICI, quod vocatur, hodie esse CAPUT. Poterit tamen explicari FREHERUS cum distinctione. Totum enim Corpus Hanseaticum in duo Scamna divisum est, alterum dextrum, alterum sinistrum. Dextri Scamni Civitatum Caput & Praeses est LUBECA; Sinistri vero HAMBURGUM.*

(e) Vide METERANUM L. 19. der Niederl. Hist. p. 2046. DANCKWERTH P. 3. der Länder-Beschr. der Herzogthümer S. u. 5. c. 7. p. 219 BERTIVM c. 1.

(f) REINKING. de R. S. & E. L. 1. cl. 4. c. 20. §. 69. RULAND de Commissar. L. 5. p. 2. c. 4. KNIPSCHILD de Juribus Civit. Imper. L. I. c. 3. §. 67.

(g) Indixerunt LUBECENSES nonsolum Conventus solennes & Comi-

gloria Lubecæ , potestas (h) , prærogativa, dignitas (i) largissime effluerint & in Negotia gentium exterarum dimanant, ut Lubecensium Auxilio & consiliis neutiquam carere potuerint (k). *Quarta* quod Legum patriarcharum collectiones aliae defecerint & in perturbato statu Guelphico & Gibellino, Italico & patrio, lautior fortuna non apparuerit, sed è re esse o.

mnino

Comitia particularia ; verum etiam universalia, convocatis quatuor in quo divisiæ erant Hanseæ Civitates omnes, Circulis, LUBECENSI, Colonensi, Brunsicensi, Danisco. Vide p. 37. lit. c. & fuse de hac re differentes LYMNÆUM J.P. L. 7. c. i. S. 77. p. 48. sqq.  
STEPHANI de Jurisd. L. 2. P. 2. c. 3. §. 21. LUNDORPIUM T. 3. Act. Publ. L. 8. c. 143. T. 5. L. 2. c. 8. HAGEMEIERUM de fœderi Civit. Hanseat. c. 3.

(h) Videantur ill. Dn. STRILIUS Synt. Jur. Publ. Diff. 21. p. 44. sqq. Synt. Hist. Germ. Diff. 22. §. 12. & PRIVILEGIA ab Imperatore Sigismundo, Archiepiscopo Bremensi, Episcopo Monasteriensi & Rege Danie Lubecensis data de a. 1415. 1516. 1474. 1515. Refer huc, quod de Bello LUBECENSIMUM gesto aduersus Regem Danie Woldemarum ejusque Filiis, deque pace cum Dania Regibus pacta commemorat CONRINGIUS de Rep. diff. 3. de Urb. Germ. Th. 95. Recte iste ex his Gestis, Th. 96. concludit, quod opinabilis plane eorum non sit assertio, qui Fœderis Hanseatici Originem in Seculi XIIIli initium rejiciunt. Vide supra p. 36. lit. b. & adde, quod LAMBECIUS L. 2. R. H. p. 27. propria historia tradit, nimirum, quod LIBECA Aatrix totius fœderis exsisterit & LUBECENSIMUM primum fœdus negotiationis cum HAMBURGENSIBUS a. 1241. initum prima totius

Societatis Teutonica seu HANSÆ fuerit occasio, ratio & origo.  
(i) GEO. WILH. KÜHLWEIN diff. de Jure stapula Th. 15. sq. AHASV. FRITSCHIUS ad L. un. C. de Monopoliis c. 14 an Societas Anseatica sit monopolica? p. 94. sq.

(k) Vide BRUNNEMANNUM diff. de Incrementis Urbium Germ. c. I. §. 13. sq. & confer dicta lit. a. o. d. Adde, quod de ingenti Numero Civitatum Anseaticarum docet CHYTRÆVS O.S. p. 609.

H 2

mnino visum sit (1), ambabus Jus Lubecense ita amplecti: uti Roma amplexa est Atticas Leges. *Quinta*, quod Leges, Lubecensium complexæ sint patrios fontes Legum morumque omnis ævi undelibet celebratissimos (m). *Sexta*, quod gloria & Amplitudo Nationis Saxonicae Nordalbingicæ profusa fuerit admodum & insignis (n). *Septima*, quod *Henrici Leonis* autoritas & merita resederint ubique ac in Memoria Gentium cum laude etiam post fata in Emporio Lubecensium perennarint (o). *Octava* denique, quod Jura & Privilegia in Jure Lubecensi scripta, accommodatissima fuerint Negotiis civium & mercatorum, laudatissima præcipue ob *Ordinem & Justitiam*, commendatissima ob *PRUDENTIAM & AEQUITATEM* (p). Utrumque elogium, etsi ab aliis (q) & vulgo (r) male habitum, tuebimur mox in sequentibus.

## §. XI.

*Vindiciae pro Elogiis Juris Lubecensium*. Mira res est, in tanta Juris Lubecensis Auctoritate & insigni, quem inter Gentes obtinuit cultu, eo insolentia prediligendi & haud vereri, Juris Lubecensis principia rodere, cavillis & convitiis onerare, in iustitia arguere (a). Est certum hominum genus sciolum & mordax, quod superciliosus abundat, & invicta ac superbia & philautia occultæ miseræ qualitatis stimulis quotidie torquetur atque distrahitur, ut rectum illis nihil, nihil, nihil exafciatum videatur, ut demum elogia aliorum quæque, non illis eorumque foetibus tributa, ipsis crucem figant,

ut

(l) Expende hic §. 3. 4. b. l.

(m) Dicta hac sunt §. 4. p. 25. 32.

(n) SCHATENIUS in *Hist. Westph.* L. 7. HELMOLDUS L. I.c. 47. COCCEJUS *J. P. c. 3.*(o) Evolvendi hic sunt SCHURTZFLEISCHII & SAGITTARII *Libelli de Vita & Gestis Henrici Leonis.*(p) MEVIUS in *Prol. ad J. L. qu. I. n. 50.*(q) Vide BESOLDUM in *Thes. Pract. sub voce Gewohnheit.*

(r) Vide §. 6. p. 37. lit. b.

(a) Vide protervia hujus rationes in sequenti §. 12.

ut tantum non famam profligant & ad mendacia inepta, ad stupida & insulta omnia, sputo indigna, risu digna dilabantur. Certe, qui non solum hominibus, verum etiam Legibus frivole adeo insultant & male precantur; iis quidem *Petronianum* illud liceat occinere: *Vos omnium primi Virtutem perditis.* Non est, ut demum nostris Vindiciis opus esse videatur pro Elogiis Juris Lubecensis; otium hic diutius fecerunt Triumviri de Republica Jectorum optime meriti. Primus est JUSTUS HENNINIUS BOEHMERUS, qui in peculiari dissertatione *de prudentia Legislatoria Juris Lubecensis in materia de Successione testamentaria* (b) universim non solum in capite primo de prudentia statutorum, si Leges fuerint negotiis *sufficientes*, nec multa, patria sermonis promulgata & bene coherentes, edisserit; verum etiam capite posteriori easdem regulas Legislatorias & prudentes ad Lubecense Jus applicuit. Alter est D. JO. AMSELIUS, Professor Regiomontanus, cuius sub *Prasidio* evulgata est dissertatio (c), quae *Juris Lubecensis Rationabilitatem* cum universim, tum speciatim præcipue circa *Canonem*, male à pluribus acceptum & intellectum (\*): *Hand muss Hand währen*: ab insultu Interpretum vindicat, tuetur; simulac commonstrat, plures Rationes Legum Lubecensium æque ac Canonis citati positas esse in flore, securitate & Promotione Mercaturæ & Commercio- rum (d), in Litium fine & amputatione & Securitate Possessorum.

(b) Habita illa est a. 1708. Et recusa a. 1725. Hale.

(c) Respondente Dn. HENRICO CHRISTIANO WULFFO, Lubecensi a. 1698.

(\*) Ita quidem, quasi *injuria Domino fieret*, & hic cogatur sua re invitus carere. Vide Dn. CAROC Syll. Posit. *Juris Lub. ad Tit. ff. de Rei Vind. Pos. 51.*

(d) Vide MEVILUM P. 8. D. 24. n. 2. MARQVARDUM de *Jure Merc.* L. 2 c. 8. n. 86. ESBACH ad *Carpzovium* P. 2. c. 16. D. 5. Refer huc doctrinas juris Lubecensis de *Prescriptione & Actione Vindicatoria restricta*, & consule Dn. *Confiliarium Car. Frid. L. All diff. de Usucapione Th. 14.* Dn. CAROCIUM de *re furtiva penes tertium reperta.*

forum (e); Tertius est Vir consultissimus D. GOTTFRIED CHRISTIANUS GOETZIUS, cui debemus de *Aequitate Juris Lubecensis* dilputationem solide scriptam (f), & quæ in Jure Lubecensi durius disposita suisse videri possunt (g), ad Juris naturalis examen & rationes suas revocantem. Ostendit proinde, cautelis generalioribus expositis in §. 1. usque ad 8vum, non contrarium esse juri naturæ & divino, quod juxta Articulum III, L. 1. T. 1. in actibus, quibus interfuerunt ex officio nonnulli Senatores, uno ex iis superste, testimonium unius valeat, non observato Canone: unus testis nullus testis. Docet porro in §. 9. usque ad 21. quod 1.) prohibito alienationis immobilium in extraneos & quis rationibus & prudentia nitatur in Articulo V. Tit. II. L. 1. Deinde 2.) quod Art. I. Tit. III. modus jura sua prosequendi contra debitores, derinendi eos incarcерatos non sit iniquus, quodque pena in decoctores jure Hansico ita statuta: ut per aliquor horas aneis vinculis constricti publice spectaculo sistantur aut si de dolo constet, suspendii pena afficiantur, & equitati haud sit contraria. Liberat 3.) a labo iniquitatis Articulos II. & IV. L. 1. Tit. 4. qui feminas penali jure à binibus viris arcent & Cognatorum consensu subjiciant. Vindicat 4.) ab injustitia Articulum VI. L. 1. Tit. 5. Articulum I. L. 1. Tit. 8. Articulum IX. L. 2. T. 2. Articulum II. L. 4. T. 6. & plures Articulos, in quibus conceditur, quod ad præstanta debita maritorum in quibusdam casibus uxores obligentur, quod prescriptio breviori, quam Jus R. statuit, spatio circumscripta sit & possessorem securum reddat; quod excludantur a successione Liberi illegitimi; quod separationis jus obtineat intuitu liberorum; quod furi suspendii pena distinetur; testandi licentia valde circumscribatur & pena adulterii, indulgentia & lenitatis nonnihil tribuatur. Tacemus plura, subscriptentes verbis & ju-

dicio

(e) Pertinet hoc Doctrina Juris Lubecensis de possessore & emtore securo in b. f. constituto & alienante.

(f) Lipsia a. 1703. Respondente Domino ANDREA LANGIO.

(g) Videtur hoc pertinere Articulus IV. L. 1. T. 1. statuens: ne Civi pacis tempore capto liceat suo ore se redimere. Vide ill. Dn. HOFFMANNUM c. l. p. 145.

dicio illustris Consiliarii & Primarii Francofurtensium Antecelsoris CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI c. l. Opusandum esset, ut reliqua Civitates & status Germanie Nomothesiam suam tanta prudentia demonstrassent, quam LUBECENSES; forsitan res Ju-

risprudentia nostra se melius haberent.

§. XII.

Ut vero constet de hac Justa Causa nostra vindiciarum paulo luculentius; duas rationes praeципue sunt allegandæ, quibus neglegit, in transversum & præcipitia ita acti sunt facti, rursum.

ut Juris Lubecensis elogis maculam adspargere & male precari non erubueriat. PRIMAM assert *inclusus Polyhistor & Jurisprudentia Medicis felicissimus CONRINGIUS in Dedicatione ad Opus Joachimi Hopperi de vera Jurisprudentia*, ubi docet, quod non possint non esse infelicissimi Censores Legum, qui gnari non sunt Status & Indolis Republica illius, in qua latæ sunt Leges. Quot quælo sunt, qui cum' AUTORE *Orationis apud FREHERUM* (a), *CYPRIANO REGNERO* (b), *SIMON GROENWEGENIO* (c) & *BERNH. AUTUMNO* (d) & pluribus Anticivilistis, JUS ROMANUM iniquitatibus & injusticiæ insimulant? quælo quot sunt, qui *Leges Romanas*, non *arbitrarias*, sed doctrinales de iure termino, de testamenti requisitis, de processu formulario, de Captivorum jure, omni consulta ratione & æquitate carere blaterant & confident. Non diffitement, habere Jus R. nævios suos legislatorios & paganos defectus, quandoquidem illos ill. Dn. THOMASIU in tribus integris Libris; HOTTO-MANNUS in Anti Tribonianu & KESTNERUS in Jurisprudentia R. papizante & paganizante ut & in *Diss. de Mysteriis Juris R.* sunt persecuti (e); verum enim certum est, quod sacerdus ex defectu cognitio-

Rationes

Vindicia-

rum.

(a) T. III p. 157.

(b) in libro de LL. Romanarum justitia.

(c) in Libro de LL. abrogatis & inusitatibus.

(d) in Censura Gallica in Jus Romanum.

(e) Adde Dn. JO. GROENING de Navis Corporis Juris R. §. 10.

PARDULPHUM PRATEJUM in Jurisprudentia media.

gnitionis Historia & Reipublica Juris Romani (f), ita à puris Legu-  
listis peccetur, ut Juris R. providentissimas rationes prætervide-  
ant & nescio quid monstri & arbitrii Juri Romano adsuant (g).  
Eadem chordā sapientia nunc oberrant Interpretēs in explican-  
dis Legibus & Moribus PATRIIS Germanorum, quibus subtilita-  
tes, iniquitates plures & irrationalitatis (\*) tribuunt, quia  
negligunt Cognitionem Historiae Status & Reipublica domesti-  
ca. Hujus indolem & peculiaria principia qui non cognoverunt;  
ii certe intelligere solide, nunquam possunt Leges earumque  
consultas rationes, quae ex ipso statu & indole Patriæ profici-  
scuntur (h). ALTERAM Rationem suppedant laudatus D.  
GOETZIUS &, qui eum sequitur, ill. Dn. HOFFMANNUS.

Collo-

(f) Vide D. FRANCIUM p̄af. ad Siganii libros de Uso Historia &  
Antiquitatum Juris R. Adde SCRIPTORES de Conjunctione Hi-  
storia juris R. cum Jurisprudentia, BALDUINUM præcipue,  
BARBAIRACIUM, SCHULTINGIUM.

(g) Facile hoc probatu est, si vel consuleris Historicorum &  
Jētorum, Magni GUJACI, SCHVLTINGII, WATERI, MÆ-  
STERII, HVBERI, HEINECCHI, NODTII, BYNCKERS-  
HOECKII Scripta egregia Juris R. veri & primi Cultoribus  
longe commendatissima.

(h) Refer huc Legem veterum Saxonum: Caballi furtum capite: no-  
bilis viri cades pecunia punitur. Quæso cur cædes pecunia? Ra-  
tio est, quia veteres Germani Monomachia, Duellis, bello privato  
& dissipationibus insignem juris locum tribuerunt. MATTHÆI  
de jure Gladii c. 3. GERHARD diff. de judicio duellico cap. 2.  
ROLVINCK de Moribus Antiqui, Saxonum L. 3. a. 1480. Adde  
quod inde de Origine AUSTREGARUM observat COCCEJUS  
diff. de judicio Austregarum.

(i) Rectissime MEVIVS ad J. L. qu. prel. I. n. 17. Errant non le-  
viter, qui ex JURIS R. rationibus Statutorum Germaniae aqui-  
tatem examinanti; hoc idem est, ac ad EANDEM FORMAM  
exilibet etati, sexui & corpori crepidas & calcos confidere. Vide  
Procemnum §. 4. p. 9.

Collocant hanc rationem, priori oppositam & in alterum extre-  
mum ruentem, *in religiosam traditionem Legulistarum*, qui JUS  
R. cœlo delapsum & unicum in orbe esse putant, quod pruden-  
tissimum, prestans & æquissimum (i). Romanis condonanda  
est hæc gloria jactatio (k); sed indigna est civibus Germa-  
niis, ad quos *Duumviri laudati* (l) suam orationem ita demum  
convertunt: *Sunt nonnullæ FAMOSISSIMI JURIS LUBECEN-  
SIS dispositiones*, qua à Juris R. & Canonici institutis abeunt; dum  
vero abeunt; inde reperiuntur homines, qui illas iniquitatis  
accusant ideo, quod ab iis juribus divortium faciant. *Verum certe,*  
*non omnis prudentia legislatoria reperitur in JURE ROMANO*, il-  
ludque omnium iurium norma est, ut ii somniant, qui insidiis quantis  
& artibus late *Leges Romanae*, & quam inepte collecta fuerint ignorant;  
adde præcipue, qui quodvis PATRIUM JUS ex DOMESTICIS  
suis principiis & rationibus consultis ac peculiaribus collectum  
optime fuisse, non perpendunt.

## §. XIII.

(i) *Judicant de hac re ingenue & cum ratione B. ZIEGLERVS in  
pref. ad Grotium: BACCHOIVS ad TREVTLERVM V. 2.  
disp. 13. §. 4. KESTNERVS in Supplemento Jurisprud. R. pag-  
nizantis in Tr. de Defectibus Juris Communis in Rep. G. p. 61.*  
Plura debebimus illustri STRUVIO, qui Jurisprudentiam Chri-  
stianam cum Gentilismo Romano collatam promisit. *Vide L. 9.  
§. 2. ff. de R. D. L. 3. ff. de Concubinis. L. 19. §. 4 ff. de Minorib-  
us. L. 35. ff. de Relig. & sumt. funerum.*

(k) *Sunt enim vulgo illi Mortalium Cordatissimi, Prudentissimi & Mo-  
ratores, quorum Patria Roma est CAPUT MUNDI, quorum  
Cives SOLI sunt Cives jure quiritorio & communi digni, ut  
PEREGRINOS OMNES habuerint pro stipitibus, ut bellum  
Hobbesianum aduersus omnes omnibus indixerint, & quasque cum  
illis non foederatas gentes vocaverint Barbaras. Vide quæ disserit  
Dn. ZIEROLDVS diss. de præstantia gentium Barb. præ morati-  
bus & D. DITHMAR docta diss. de Jure Albinagii.*

(l) *Citatis locis §. 1. - 8. & p. 44.*

## §. XIII.

*Prefidia & Interpretes* co[n]nexu sunt colligata PRÆSIDIA & Scripta hujus juris literaturæ, celebrium Doctorum industria luci exposita, ut nova inde lumina & perennis cultus testimonia JURI LUBECENSI affulgeant. Audiamus simul ac reverenter habeamus Sacra hec eorumque *Auctores*, quos ad tres classes ordinis causa, quæ rerum anima est, revocabimus. Prima classis erit *Manuscriptorum*: altera *Editorum*; tertia editorum quidem, sed *Fugitivorum*, ideo, quia non ex instituto sed fugitivis in locis, in Consilis, Decisionibus vel operibus suis *Legum Lubecensium* saepiuscule ediderunt interpretationa. Ad ineditorum classem referri debent.

- MSCti,*
- I. LAMBERTI STEINWIEGII, *Consulis Sundicii, Annotationes in Jus Lubecense* (a).
  - II. FRANSISCI STYPMANNI *Differentiae Juris Lubecensis & communis* (b).
  - III. CASPARI THURMANNI *Meletemata juridica Mecklenburgica & Lubecensia* (c).
  - IV. HENRICI CAMERARII *Projectirtes und mit dem Jure Lubecensi conferentes Rostochisches Stadtrecht* (d).

## V ANO-

- (a) Non parum adjutes fuisse his Annotationibus MSC. SIBRAN-DUM & MEVIUM in Commentariis ad *Jus Lubecense* collatio undeliber docet; & testatur MÖLLERUS V. Cel. in *Isagoge ad Hist. Chers. Cimbricam* P. 4. c. 6. S. 5.
- (b) Sesquicenturiam harum post ex MSS. scrinii eruit & luci exposuit *Christophorus Styppmannus*. Vide N. X.
- (c) Subsistunt hæc in Collectaneis miscellis & lineamentis. Vendita illa sunt Hamburgi a. 1722. ex Apparatu Mautfeldiana Bibliotheca.
- (d) Scriptum id est a. 1597. rogatu Senatus, qui Duci fidem dederat de confiando & Provinciali judicio inserviendo Jure Municipaliter Rostochiensi. Contulit B. CAMERARIUS in hoc MSS. singulos Juris Lubecensis articulos eorumque sensus cum Praxi & foro Rostochiensium, hoc est, cum *Ordinatione Politica & Justitaria*

EJUSQUE FONTIBUS , AUTORITATE & ELOGIO. 67

V. ANONYMI *Annotata ad singulos Libros Juris Lubecensis ex Praxi Lubecensi* (e).

VI. PETRI TORNOVII *Deductio Juris Lubecensis in Materia de Communione bonorum inter conjuges* (f).

Altera classis, quae est editorum, *Commentariis instructa est & opusculis*, quorum nomina sequuntur.

I. JOACHIMI KOLLII *Lübischē Recht-Buch*. 4to. Hamburgi. Editi. M. D. LXXXVI. (g).

II. D. JO. SIBRANDI *Centuria I. differentiarum Juris civilis & Lubecani*. Rostochii a. 1615.

III. EJUSDEM *Urbis Lubeca & Anseaticarum nec non Imperialium Civitatum Jura Publica enucleata*. 4to. Rostochii 1619. (h).

IV. DA-

*stiliaria Rostochiensis, cum Legibus & Partitionibus Ducalibus, cum fidis observantisi, Moribus avitis, Libris & Actis Judicibus. Vide totius negotii occasionem, historiam, fata, eorumque rationes in diff. de U. J. L. in foris Rostochiensum.*

(e) Utile est hoc Scriptum, quod ad singulos Libros ex Praxi & Actis & Libris judicialibus cum die Confule & Nominibus Partium exhibet *Judicata & Decreta Senatus Lubecensis in ventilatis causis & casibus plurim annorum à SECULO XVI. usque ad recens evum, adeoque ante & post editum Codicem revisi Juris Lubecensis. In fine additur Bericht, wie es zu Lübeck mit den Gesahr-Zagen und Gefahr-Gefangen gehalten wird.*

(f) *Vide Proemium p. 8. literā g.*

(g) *Vide §. 6. p. 38. Divisit librum in VI. Partes in 40. Titulos & 215. articulos. Prima pars agit de Personis usque ad Titulum XI. Secunda de Contractibus usque ad Titulum XXII. Tertia de Hereditatibus usque ad Tit. XXV. Quarta de Delictis usque ad Tit. XL. Ubique docet convenientiam Juris Lubecensis cum iure divino & Saxonico.*

(h) *Mancum est Commentarii hujus in Jus Lubecense nigrum, quod non progreditur ultra Annotata ad Titulos paucos priores Libri I. & Titulum III. Libri II. Vide B. LANGII *Introductionem in LL.**

IV. DAVIDIS MEVII *Commentarius in Jus Lubecense.* 4. 1642.  
f. 1664. f. 1679. f. 1700. (i)

V. FRI-

nanticas c. 10. p. 70. Inde forte est, quod ill. Dn. THOMASIUS in Observationibus ad KULPISH Dissertationem de Germanicarum LL. ac Romani Juris in Republica nostra autoritate §. 20. not. 6. dixerit, se dubitare, an JO. SIBRANDUS unquam Commentarium in Jus Lubecense evulgaverit; quem tamen scrupulum ipse MEIBOMIUS ab ill. Viro citatus, p. 84. c. l. ut plures & ipsam lectionem taceam, Ipsi facile exemerit. Forte etiam de libro illo plures dubitanter ideo scripserunt, quia illum sub titulo *Commentarii Juris Lubecensis*, sub quo allegari saepe solet, nunquam excusum reperimus. Vide STRYCKIUM *diff. de Collisione Navium* §. 6. HOFFMANNVM s. l. p. 143. Quod vero SIBRANDO placuerit hunc Commentarium inscribere Commentarium Jurium publicorum; id quidem explicandum est ex significatu Juris publici in sensu Juris Romani, juxta quem PUBLICUM idem est ac POPULICUM & Senatorium, sive originis, sive usus communis & actionum intuitu. Patebit hoc cum exemplis latius dictum & confirmatum ex GRUTERO, PLINIO & CABOTIO alisque in Tractatu Praesidis de Jurisprudentia R. & G. fontibus eorumque usu forensi hodierno §. 15. lit. t. p. 83.

(i) Vide quod in hoc Commentario desiderant Viri doctissimi, quos p. 8. & II. lit. m. citavimus. *HISTORIAM Juris LUBECENSIS*, Originem ejus, fontes & Autoritatem prætervidit. De ipso vero Commentario ipse in Prefatione afferit: Tigna præbuerunt alii, structuram saltim mihi tribuo, struere enim potui, sed non de meo. Struxit vero certe eundem I.) ex STEINWIEGII MSto. 2.) ex Responsis & Decisionibus Facultatis Juridicae Gryphswaldensis. 3.) ex Observationibus & seriniis Avi sui & Patris TOBIE ac FREDERICI MEVII. 4.) ex Actis Judicialibus Sundicis & Lubecensibus. Addit illustris MEVIUS his sua; sed haec sunt Romana, quæ saepius Juris Lubecensis sensum & rationes plane non ingrediuntur, illis in articulis inoptimis, qui repetiti sunt ex domesticis principiis.

EJUSQUE FONTIBUS AUTORITATE & ELOGIO. 69

- V. FRIDERICI MOVII, Stralsundensis, J. U. L. *Differentiae Juris communis & Lubecensis ex Mevii Commentario excerptae.* 12. Sedini 1669. (k)
- VI. JOACHIMI GV. RANGONIS *Diss. de Concordantia Juris Lubecensis cum communi & Svecano.* Gryphswaldia 1697. (l)
- VII. D. LUDWELLI *Disp. de Successione Lubecensium.* Respondente Dn. SCHEFFELIO, Wismariensi. Altarissi 1660.
- VIII. HENRICI COCCEJI *Discursus juridicus praxi accommodatus ad Tit. 2. Libr. 2. Juris Lubecensis de Successionibus ab intestato & hereditatis divisione.* Respondente Dn. JO. KÖNE. Lubecensi. Heidelbergae 1684. reculius. 1706. (m)
- IX. ANDREÆ BILDERBECKII *Diss. de Juris Lubecensis differentiis à communi Romano.* 1672. Heidelbergae (n).
- X. D. FRID. GERDESI *sesquicenturia pricipiarum differentiarum Juris communis & Lubecensis.* Respondente CHRISTOPH. STYPMANNO. Gryphsw. 1574. XI.

principiis patriis Germania. Accesserunt ceterum tribus posterioribus editionibus *Additiones & Responsa super Ius Lubecense.* Sextus vero liber ab illustri MEVIO non est expositus. Vide p. II. & 40. lit. n. p.

(k) Dicavit libellum ipsi illustri MEVIO, cuius Epistola gratulatotia etiam accessit, in qua ita: *Inter pricipia est nosse utrinque juris R. & Patrii differentias, in quo pricipia tum in disciplina, tum in praxi peccatur.* POTISSIMA causa controversiarum, qua super istis nascentur, est in confusione eorum, qua diversis principiis in Jure utroque tradantur, ob incongrua argumenta, qua invicem assumuntur. Repräsentat ideo MOVIUS Romani & Lubecensis juris discrimina in Tabula quadam juxta Alphabetum.

(l) Fidem fecit nuper Vir doctissimus Dn. D. NETTELBLADTIUS hoc argumentum tractare ex instituto & literatissime.

(m) Luculentissime in primis in hoc opusculo difficile ceteroquin argumentum de Societate bonorum conjugalium eorumque divisione explicatur in cap. 4.

(n) Vide Cl. Dn. MÖLLERVM c. I. Alii cum ill. Dn. STRUVIO & BLUDERO in Bibliotheca Juridica c. 6. p. 277. hanc dissertationem Giessa habitam fuisse putant Præside ill. Dn. LYNCKERO.

- X. SAM. STRYCKII *Collatio Juris Communis & Lubecensis ad methodum institutionum.* Resp. Dn. ANT. SAM. SONNEMAN-NO. (o).
- XII. JO. AMSELII *Dissertatio de Rationabilitate Canonis Lubecensis:* Hand muss Hand wahren. Regiomonti 1698. Respondente Dn. WOLFFIO, Lubecensi.
- XIII. EJUSDEM *diss. de Con- & Disconvenientia Juris Civilis ac Lubecensis circa hereditatem ab intestato.* Regiomonti 1701. Respondente Dn. DANIEL CONRADI. Elbingensi Prusso.
- XIV. D. SAM. FRID. WILLENBERGII *disp. de abuso Canonis:* Hand muss Hand wahren. Gedani 1707.
- XV. ED. LUDOVICI KUNDENREICHII *Dissertatio inauguralis de obligatione mulierum ex Statuto Lubecensi.* Altorsi. 1685.
- XVI. D. GOTFR. CHRIST. GOETZII *disp. de Aequitate Juris Lubecensis.* Resp. Dn. ANDREA LANGIO. Lipsiae 1703.
- XVII. JUSTI HENNINGII BOHMERI *disp. de Prudentia Legislatoria Juris Lubecensis in materia successionis Testamentaria.* Hale 1708. Respondente Dn. GROTE. Holstato.
- XVIII. GEO. ADOLPHI CAROCII *Sylloge 1, 2, 3. & 4. Positionum Juris communis cum Lubecensi collatarum juxta seriem Tit. ff. usque ad Tit. ff. de Reivindicacione.* Gryphswald. a. 1705. & 1706.
- XIX. PAULI KOCHII *Specimen collatarum Differentiarum Juris Romani, Saxonici, stututariique civitatum Bremensis, Lubecensis, Hamburgensis, Oldenburgenis & Verdenis, serie alphabeticā collectum & dispositum.* Bremae 1676. 12.
- XX. JO. SAM. STRYCKII *disp. de privilegio Appellationis Lubecensis.* Hale 1708. (p)
- XXI. ANONYMI *Entwurf und Anleitung zum Lubischen Recht,* worin zugleich die im Anseatischen Seerecht nicht berührte Articlen des Lubischen Seerechts erklärt, und etliche der fürnehmsten

(o) Exstat hæc disputatio in Volumine II. Disputationum Stryckianarum Francofortensium Num. XXI.

(p) Tractat idem hoc argumentum ipsius PARENTS c. l. & ill. Dn. JAC. FRID. LUDOGLI in eleganti disp. de Summa appellabili, §. 16. ibique & in Appendix.

sten Streitigkeiten (q) übers Lubische Recht ausgeführt werden, nebst einem Anhang von der teutschen Jurisprudentz übers haupt. Greifswald 1714. 4. (r) XXII. REINOLDI KURICKII *Jus maritimum Hanseaticum è LL. Germanicis translatum cum commentariis & dissertationibus. Accesserunt Diatriba de Assecurazione (s) & alia quastiones. Hamburgi 1667. 1672.* XXIII.

XXIII.

- (q) Controversia [nimurum 1.) de Societate honorum conjugali,  
 2.) de Canone Juris Lubecensis; Hand muss Hand wahren. 3.)  
 de Prorogatione Ictionis ad Articulum 4. Tit. 3. L. 5. Peimam  
 controversiam sollicite tractat & studiose exasciat, dijudicat, ab-  
 solvit. Vide §. 31. - 39.

(p) Peritus est hic Auctor status patricie, Historiae gnatus, iuriarum  
 que, Germanici & Romani optime consultus. In Praesatione iste  
 ita: Der Anhang von der deutschen Jurisprudenz wird auch  
 allhie dem Leser nicht befremdlich vorkommen. Mein Haupt-  
 werk ist vom Lübschen Recht, als von einem deutschen Recht,  
 so medio etiō gemacht; dabei aber schickt sich wohl eine histo-  
 rische Nachricht, wie es en general mit der deutschen Juris-  
 prudentz damahl beschaffen gewesen. Die letzte Nachricht  
 erläutert oder claircirt die erste. Plane idem hoc est, quod late  
 diximus in proœmio dissertationis nostra §. 2. usque ad 7. Cupi-  
 dus idem Auctor est Historia Juris Lubecensis; inque hunc finem  
 de Origine, Collectione, Editione, Receptione & autoritate Juris  
 Lubecensis plenam à Jētis p. 3. desiderat Tractationem. Non fuit  
 ad manus laudatus Autor in vestibulo Dissertationis; retuleramus ali-  
 as ipsius Desiderium & Symbolum ad causas & rationes presentis in-  
 stituti. Sentivint cum ipso MÖLLERIUS c. I. STRUVIUS, HOFF-  
 MANNUS, KULPISIUS aliquique Scriptores Historiarum Jurium  
 Legumque Germanorum universim.

(s) Pleniori studio hoc argumentum novissime limavit numerisque  
 suis omnibus doctissime absolvit Vir inclitus & consultissimus Dn.  
 D. CRONIUS, Jētus Lubecensi meritorum insignium & excel-  
 lentiss.

XXIII. ANDRÆ LANGII *Introductio in Notitiam Legum Navicarum* (t).

XXIV. JAC. FRIDERICI PFORTHUSENII *Specimen differentiarum juris communis & Lubecensis criminalis*, Praefide D. GEO. WILH. DINCKLERO. *Lipsia 1722.*

XXV. D. FRANC. ERN. VOGTHI *diff. de Communiione honorum inter Conjuges ejusque effectu secundum Fura Lubecensa. Kilia 1722.*

*Fugitivi.* Ad tertiam demum classem plures referendi sunt Consulentes, Decidentes, Respondentes, & Docentes Jeti, quorum praecipuos hic nominare sufficit. Sunt vero illi 1.) COTHMAN-NUS in *Consiliis*. 2.) MEVIUS in *Decisionibus* & in *Tractatis de Arrestis*. 3.) MICH. GRASSIUS *Cancellarius Mecklenburgicus in Recepis sententiarum*. 4.) D. PFEILIUS in *Consiliis*. 5.) MICHAEL in *Responsis Chiloniensibus*. 6.) HERINGIUS in *Tr. de Fidejussionibus*. 7.) GIESEBERTUS in *Justiniano Harmonico*, in *Periculis Statutorum & in Deuteronomio Harmonico sive Prudentia Juris divini Israelitarum cum communibns Gentium Legibus & Specialibus plurimum populorum*. 8.) MARQVARDO in *Jure Mercatorio*. 9.) MATTH. SLUTERUS in *Tr. von Erbredt der Eheleute & plures alii*, in primis 10.) INTERPRETES *Juris Hamburgensis* (u).

#### §. XIV.

*lentissimus in Tractatu de Jure Assecurationum*, qui prodiit præfamine & elogio perillustris Domini, Domini JOANNIS de KLEIN, *Cancellarii, Consiliarii intimi & Jeti Mecklenburgensis summi*.

(t) Refer huc STRYCKII *dissertationem de Collisione Navium: WILLENBERGII disputationem de Excisoribus mariitimis: HEINECII V. Cl. aliorumq; Opuscula von Contraband Maaten, Consule Dn, MARPERGERUM in dem Rauffmanns Magazin voce Luebeck, ubi de Commerciis & Mercaturis, ut & GLOXINII, Syndici patrii, Nachricht vom Verfall des Lübschen Commerci.*

(u) Recenset hos FOGLIUS in *Bibliotheca Juris statutarii Hamburgensis cum serie Disputationum ab Hamburgensibus ab anno 1582. - 1719. habitarum.*

## §. XIV.

Quod in rubro promissimus, id quidem nunc exsecuti  
 sumus sollicite, ut jam Coronis tractationis immineat & pro-  
 flet. Eruimus pro virium parvo modulo *Juris Lubecensis Historiae Usu*.  
*Conclusio de Tractatione Usu.*  
 riam & in hunc finem differuimus de *Origine Juris Lubecensis in*  
*§. 2. de Occasione & Ratione ejusdem originis in §. 3. de fontibus &*  
*Principiis Juris Lubecensis in §. 4. de Progressu, Incrementis, Com-*  
*pileatione seu Relatione Juris Lubecensis in Codicem in §. 5. de Revisi-*  
*one, Perfectione, Editione & hodierna apud Lubecenses statu ac usu Ju-*  
*ris Lubecensis in §. 6. de Obligatione Juris Lubecensis ejusque usus in-*  
*dole ac ratione diversa in foris LUBECENSIMUM & EXTERO-*  
*RUM in §. 7. de Autoritate Juris Lubecensis ex Receptione in Holstia,*  
*Megapoli, Pomerania, aliisque Exteris Regionibus & Civitatibus in*  
*§. 8. de Autoritate & celebritate Juris Lubecensis intuita Appellatio-*  
*nem in §. 9. de Rationibus tanta autoritatis, dignitatis & usus Juris*  
*Lubecensis in §. 10; de Elogiis & Vindiciis pro fama Juris Lubecensis*  
*in §. 11. & 12. demumque de Adjumentis manuscriptis & editis*  
*seu de Apparatu literario & Bibliotheca Statutaria Juris Lubecensis in*  
*§. 13. Hæc omnia in quem usum & finem tendant atque re-*  
*dundent, non facile erit, ut quis scireat. Singula enim argu-*  
*menta suo non destituunt fructu, præcipue vero in explicâ-*  
*tione, Uso & applicatione Juris L. eundem exserunt copiose. Excussis*  
*& intellectis FONTIBUS & PRINCIPIIS HISTORICIS ac LE-*  
*GALIBUS ORIGINARIIS JURIS LUBECENSIS, vulgares Re-*  
*gulae (a) ex ITALIS Scriptoribus (b) sine meditatione ex scri-*  
*ptæ,*

(a) *Patria statuta EXPLICANDA* sunt ex LL. Romanis: Omnia  
*Statuta Juri communi Romanorum adversa sunt STRICTÆ IN-*  
*TERPRETATIONIS: Statuta ita lata esse censentur & EX-*  
*PLICANDA* sunt, ut quam minime jus commune ledant, ut quam  
 proxime accedant ad Jus commune. *Statutaria jura, si obscura*  
*fuerint, ex jure R. sunt EXPONENDA & DECLARANDA;*  
*Si nimis generalia & a Jure R. exorbitantia, sunt RESTRI-*  
*GENDA;* si manca fuerint in dispositione hujus vel alterius ar-  
*gumenti, tunc SUPPLENDANDA & AMPLIANDA* sunt ex jure  
*R. & subjacent hujus decisioni.*

(b) *Innuimus hoc & allis exemplis ampliavimus supra §. 7. p. 43.*

ptæ, nimirum de explicatione & declaratione, restrictione, ampliatione & supplenda ratione Juris Statutariorum caute non solum accipientur (c) & in Argumentis Juris Lubecensis domesticis & patriis  
 (d) ex

Res satis est manifesta. Lege enim Italos Scriptores, lege Decretistas & primos Interpretes ad C. 8. cum dilectus X. de Consuetudine; lege Glossatores ad L. 2. C. de nox. actionibus, & certe copiose ibi citata de statutis & moribus ex Jure R. declarandis brocardica reperies. Illi vero Doctores, qui transalpes vixerunt, locuti sunt, quod facile ad divinandum est, de statutis Italia & illarum civitatum, que JURI ROMANO, quod ibi COMMUNE seu TERRITORIALE CÆSAREUM erat, parent ob potestatem Legislatoris. In GERMANIA vero Jus R. non latum est & promulgatum, sed à Principibus receptum. Receptio vero hæc Statutum innatum Reipublice, ejusque Rationes & Habitum peculiarem necquequam alteravit vel alterare potuit; quin facta est salvo jure Territoriali ipsorum Principum eorumque salvo jure Nomothetico, nec sublati patris Legibus. Velim evolvas subinde GAILIUM L. 1. O. 50. n. 5. 8. O. 141. n. 2. CARPZOVIUM P. 3. Conf. 20. def. 10. 236. in Resp. L. 2. R. 23. n. 5. 8. 41. in Prax. Crimin. p. 2. qu. 53. n. 28. qu. 56. n. 36. ZAS. UM in L. propteranda C. de Judiciis n. 20. SCHURFF UM Cent. I. Conf. 55. BERLICHIUM Concl. Praet. P. 3. C. 19. n. 9 RICHTERUM Dec. 80 n. 17. D. 81. BRUNNEMANNUM Cent. I. Dec. 15. GOEDEN UM Conf. 19. n. II. COLERUM in Proc. Exec. prof. PISTOREM L. 1. qu. 32. n. 8. MENCKENIUM in Comp. ff. p. 3. GIESEBERTUM in Periculis Statutorum & plures GERMANIÆ FCTOS, ut videoas ipse & rimeris, qua ratione & parapraphasi retulerint saltim Verba & Regulas ALITORUM ITALORUM, que tamen in Germaniæ Civitatibus non possunt non indistincte & universim valere. De quo in sequentibus.

(c) Accipient rem ita: Regulae istæ valent universim PRIMO in statutis Originis Romane seu illorum locorum, quibus Jus R. PRAESCRIPTUM est à Cesare Legislatore seu Reipublice & Status Romani commune; quod factum est in Italia. SECUNDO non valent

(d), ex originariis principiis suis explicandis, cum fructu sequestrabun-

lent regule indistinctim in Regionibus ubi Ius R. RECEPITUM est in subsidium non sublati Consuetudinibus & Legibus patriis; quod factum est in Germania; quae suis æque gaudet Moribus, Legibus Imperii & Provinciarum jure originario & Legislatorio Cives Germanos pariter obligantibus & nonnisi ex propriis principiis Originis explicandis. TERTIO vero valent Regule Italicae in Germania sigillatim in iis Capitibus Legum & Statutorum Germania, qua ex ipso JURE R. relata sunt & TRANSCRIPTA IN LEGES & STATUTA PATRIÆ. Verbo: Capita juris Lubecensi aliorumque Statutorum EX JURE R. desumpta ex principiis Juris R. sunt EXPLICANDA. Illa vero, qua ex Moribus G. Legibus, institutis & fontibus patriis profluxerunt, ex principiis domesticis, ex Historia & Republica Rationibus suis peculiariibus & propriis sunt declaranda. In his igitur non nisi male ut licet EXPLICATIONE, ampliatione, declaration & RESTRICTIONE Juris Romani, ne quam minime ab hoc abeant. Invertenda est pariter nunchæc regula & ita statuenda: GERMANIAE Statuta à Magistratu condita ita sunt exponenda, ut quam minime ledant JUS TERRITORIALE PRINCIPUM G. qui, quod apud Romanos Cives JUSTINIANUS fuit, id apud suos Cives certe sunt in Germania; ut inter omnes est conclamatum. Pertinent huc formulæ diplomatum, Ordinationum & Transactionum, etiam Mecklenburgicarum, ubi Principes ita: Und verleihen wir Städte etc heilsam zu ordnen, doch unsern Höchsten und Rechten unanachheilig, auch nach unsern Ordnungen so viel sich immer leyden will.

(d) Secus in iis, qua sunt ex Jure R. Pertinent huc plerumque in Statutis Germanorum Articuli de Criminibus, de Panis, de Successionibus, de Tutelis. Expedit de his immixtionibus LL. Romanarum in Patrias sanctiones evoluisse exempla, plena manu suppeditata ab HERTIO de Consult. LL. §. 4. BOEHMERO in Uſu Mod. X. L. I. Tit. 2. §. 20. STRUVIO Hist. Juris G. p. 489.

strabuntur (e); verum etiam in primis plures Juris Lubecensis doctrina, cum difficultate haec tenus expositae, vel in aliis sensum detorta, vel neglecta & literaliter saltim intellectae, ex genuinis & solidis consultissimis patriis Morum Legumque Status & Reipublica patria Rationibus

531. HOFFMANNO in Specimine de Orig. LL. Germanicarum, in singulis periodis & sectionibus. Adde diplomata, formulis Juris R. referta, apud SCHATENIUM in Annal. Pad. L. XI. XII. per ill. Dn. a LLUDEWIG T. II. ad A. B. opusculo von Münzenberg des Lehrechts §. 14. Consultiss. D. GERDESUM Ex. de norma iudicandi LL. fendas in G. p. 25. RANGONEM in Pom. Dipl. p. 265. LYNCKERUM in Comm. ad Jus Civ. Tit. de O. J. §. 1. JO. SCHILTERUM de Invest. Sim. Princ. c. 3. §. 2.

(e) Dijudicari hic possunt questio[n]es, quas communiter, affirmant, qui, relictis patriis rationibus, Statutum ex Jure R. declarant, exorbitans restringunt, mancum ampliant: An sub appellatione legitimorum in Statutis veniant Legitimati per subsequens matrimonium? An bona hereditaria, qua Jure Lubecensi sine proximorum consensu ALIENARI nequeunt, OPPIGNORARE licet sine eorum consensu? An Mulierum potestas circa testamenti factionem in Jure Lubecensi restricta, non cessest in muliere matre inter liberos testatoria? An in Concursu Creditorum & in Jure Pratalis Jus Lubecense ex jure R. sit ampliandum? An etiam rite amplietur sit Legitima Romana, quarta Falcidia, testamentis privilegiatis, Clausula codicillari, jure R. Tuteleari? Certe minus recte tum ampliantur statuta, si illa vel eorum rationes in ipso juris argumento, quod Interpretes Jure R. ampliate audent, certi quid succinclim & omissis ambagiis jam definiuerint? Ne igitur adversus Statuti RATIONES & Statutum INTENTIONEM ampliations Romani Juris late ferant, recte sentiendum est cum B. STRYCKIO Disc. Pral. II. M. ff. §. 32. quod omissis in Jure statutario casibus, ad rationes statutum & statuti, non mox ad Jus R. sit recurrendum. Confer MEVILUM ad J. L. Libr. I. T. 10. a. 6, in Addit. n. 80. ad L. 2. T. 1. a. 14. n. 27.

## EJUSQUE FONTIBUS AUTORITATE ET ELOGIO. 77

*tionibus ac Principiis propitia minerva curate explicabuntur adeo-  
eque rite intelligentur & cum pondere juris & rationis appli-  
cabuntur. Otium non est prosequi nunc hoc (f) exemplis omni-  
bus fuse & enumeratius ; poterunt plura dicari aliæ occasi-  
oni*

(f) Refer huc doctrinam de *Conjugum donationibus*, quam MEVIUS in *Commentario L. 1. T. 5. a. 1.* In harmoniam juris R. cogit, recte propterea à STRYCKIO in *U. M. L. 24. T. 1. §. 4.* à LUDEWIGIO in *Diff. Juris R. & G. de Scto Vellej. P. I. p. 67. P. II. p. 15.* & à BOEHMERO in *noviss. docta diff. de Statu do-  
nationum inter Virum & Uxorem Antiquo & Hodie*, notatus.  
IDEAM & Juris R. tegumento obductus *Libro I. T. 10. a. 1. n. 63.*  
*64.* non affirmare audet, quod Lex *infidejussione feminarum Lu-  
becensium* affirmat, quas tum demum fidejubere posse putat, si  
hoc indulget quoque jus Romanum. Pertinet etiam huc contro-  
versia de acquista conjugali ex operis Uxoris, quam COTH-  
MANNUS *V. 4. Cons. 24. & 25.* ex patriis rationibus neutriquam  
repetit, uti enucleatus *Vir Magnificus & Jetissimus D. JO. JOA-  
CHIMUS JÖRCKIUS* in *Disputatione habita sub Praesidio Stry-  
ckiano de Operis Ixorum offendit. Quod de Adulterii pena*  
MEVIUS ad *L. 4. T. 6. a. 2.* Juris R. rigore commotus, putat,  
quasi illa mitior sit in *Jure Lubecensi*, quam ut effugere possit  
notam iniquitatis; id pariter ex veterum G. moribus & peculiari  
Reipublicae ratione plane & facile à rerum historicarum & patria-  
rum guaris diluitur. Argumenta vero *Ipsius ex jure divino pe-  
tita*, docte responderunt ill. Dn. BERGERUS *diff. utrum adulte-  
rii pena a Principe temperari possit?* Dn. PFORTHUSENIUS  
*Specim. Differentiarum juris R. & Lubecensis Criminalis diff. X.*  
*p. 27. b. & D. GOETZIUS c. l. p. 62. b.* Plura tacemus. Prä-  
cipue faciunt huc exempla in *Proemio §. 4. p. 6. sq.* nominata,  
& quod differit D. WURTZIUS *Tr. de bonis Conjugum  
illatis & acquisitis*, von eingebrachten und errungenen Gut.  
Addit calum elegantiorem de effectu matrimonii cum vili persona  
initi, quem ex Rationibus Juris R. & status G. recentet Dn.  
THOMASIUS *P. 2. Cas. Jurid. Cas. 3. p. 107. sq. p. 115. 120.*

oni. Jam vero verbis *illustris Dn. BOEHMERI* (g) & *KULPISII* (h) hanc rem liceat perorare, ut vel ex iis denuo constet, quod, qui Lubecense jus, Juris R. fontibus ubique rigare audent, juri Lubecensi *jura inferant*, non *Jura Lubecensia*, quæ in Germania præcipue nata & ex patriis principiis collecta sunt, exponant. Ita vero iste: *Jurisprudentia Lubecensis optime coharet*, si modo *Interpretes & Practici* non impertinenter illam peregrino *Jure alterent ac derorqueant*. Sunt hac statuta Germanis scripta & juxta prudentie Legislatoria regulam ad Patriam accommodata, nec reperies e. c. in re testamentaria multos juris terminos ex jure Justiniano desumtos, nisi quod in art. XII. vox institutio haeredis occurrat, qui terminus tamen ob prescriptam testandi formulam subsequentem sine omni dubio clare intelligitur. In art. 20. irrepit quoque vox reciproce, sed contenta hujus articuli per se fluunt ex art. XIV. & vox illa est superflua. Optandum foret interpretatio *Juris Lubecensis cum Legibus ipsiis cohereret*, uti cohæsit certe ante introductionem *Juris Romani*; verum prob dolor! hodie pœ CONSULTAM JURIS R. APPLICATIONEM ipsum jus statutarium, quod non R. sed Germanicum est, maxime lacraturum invenitur, cuius rei exempla esse possunt de *Lege Falcidia*, de *Legitima*. Utinam omnes Dd. & Jcti errores hos JURI LUBECENSI & rationi Ejus contrarios cogitare laborarent. Animus erat, addere peculiare caput de Erroribus Interpretum contra Legislationem Lubecensem introductis. Ubi pluribus docendum fuisset, incongrue Falcidiam & Legitimam Juris R. in praxim deductam fuisset, deinceps examinanda regula: Legitima sc. juris R. statuto tolli nequit, & inquirendum, an legitima sit *Juris Natura*? Porro explicandum esset, quod testamenta nuncupativa in scripturam redacta JURE LUBESENSI non maneant nuncupativa: quod male testamenta Reciproca contra rationes Juris Lubecensis nonnullibi sint recepta: (\*) quod filius non

(g) *Diff. de Prudentia Legislat. Juris Lub.* c. 1. §. 14. c. 2. §. 12. sqq.

(h) *In Dissertatione Epistolica de LL. G. & Juris R. Origine & Autoritate* §. 51. sqq. Velim addant Academicci Cultores §. precedentem 49.

(\*) Vide COTTHMANNUM *Conf. 38.* n. 83 R. 74. n. 135 ubi de Sundiis & Rostochiensibus.

non habeat querelam inofficiosi testamenti, si à patre, bonis hereditariis  
destituto, tantum in octo solidos & quatuor nummos sit institutus;  
quod si consensus propinquorum ad testamentum requiratur, non suffi-  
ciat consensus remotiorum, sed proxime Succendentium, & sic feminis  
proxima recte consentire possint: quod JUS LUBECENSE omnino e-  
xigat testamenti confirmationem: ut alia raceam de testamentis privi-  
legiatis & clausula codicillari, HUJUS verba hæc sunt: Farina sin-  
gularis regula sunt: Jura Provincialia & Statutaria, LUBECENSIA  
verbi causa, ita esse intelligenda, ut quam minime à jure romano rece-  
dant, sed in dubio ex hoc supplenda esse ac interpretanda. Possum ea-  
dem, veritate dicere: sacras Literas ita esse accipiendas ut quam minime ab  
Aristotelis libris Metaphysicorum abeant, ac si dubium occurrit, hinc  
esse illustrandas; quali enim modo se habet Aristotelis Metaphysica, tan-  
quam præclarum opus Philosophia prima, que in Theologia usum suum  
ostendit; eadem nec alia estimari debet corpus Juris R. ut eximium sys-  
tema Jurisprudentie, in artem collecta, quatenus in iuribus singulorum  
populorum adeoque etiam Germanorum explicandis, subsidium potest prä-  
bere. Provinciales & statutaria gentium Leges ex PROPRIIS SUIS  
& DOMESTICIS RATIONIBUS sunt estimanda, ac suberto du-  
bio, hinc explicanda sunt, secus qui facit non est interpres. At qua-  
nam sunt iste rationes domesticæ? Dicam, et sunt, quæ Legislatorem, ad  
ferendam ita Legem impulerunt, vel morales, quarum dijudicatio ex  
jurisprudentia universalis, naturali ac gentium principiis adornanda est,  
vel politica, que ex occasione temporum, personarum, rerum aliarum-  
que circumstantiarum eruenda sunt, quod HISTORIÆ de quacunque  
Republica EJUSQUE STATU ET MORIBUS Cognitionem invol-  
vit. Praeterea hujus interpretationis exempla in LL. Romanis prefi-  
terunt GOTHOFREDUS, BALDUINUS, STRAUCHIUS; at-  
que hoc prudentia illius opus est, de qua egregia inculcarunt JOA.  
HOPPERUS in Seduendo & PLACCUS in JCto perfecto: Quis hoc  
non attendit, quo nihil magis necessarium esse credo, ille iura negligit  
& confundit. Quis quo illum ferret, qui LEGES GALICAS ex  
INSTITUTIS SUECANIS IRET REPETITUM? qui LL. RO-  
MANAS ex LL. TURCICIS EXPLICARET? Ast non est doctior  
illatio, qua ex ROMANORUM tabulis ad GERMANICAM LE-  
GISLA-

GISLATIONEM deducitur, quando Interpretes Legum LUBECENSIVM & GERMANICARUM ad Quiritum Sanctiones evagantur atque heic in populo toto caelo discrepante natura & moribus plane contrario indagare volunt, quid Nostris conveniat. Audiamus quid summus Ictus DAVID MEVIUS de ejusmodi Interpretibus sentiat. Non leviores, inquit ad J. L. quæst. i. n. 57. (i) errorem illos errare existimo, qui ex juris R. rationibus Statutorum G. aequitatem examinant, quam qui ad eandem formam cuiilibet sexui & aetati crepidas conficiunt; in præcedentibus vero ex REIPUBLICÆ STATU hoc fieri debere indicaverat. Haec tenus Boehmerus & Kulpinus. Idem late docent & inculcant CHRISTOPHORUS BESOLDUS (k), ill. Dn. ab UNVERFAEHRT (l), HENR. ERNESTUS KESTNERUS (m), HESSIUS (n), KRESIUS (o), STOCKMANNUS (p), AMSELIUS (q), ZIEGLERUS (r), BACHOVIVS (s), RANISCHIUS & TITIUS (t) aliquie plures.

§. XV.

- (i) *Impossibile est, inquit idem, Jus R. hodienum cuiilibet Reipublice accommodari posse. Vide Comment. ad J. L. Libr. I. T. I. pr. n. 66.*
- (k) *Diss. de premiis paenit & Legibus c. 7. §. 3. c. 8. §. 6.*
- (l) *In Pedia Jurisprudentia integris capitibus 4. §. sqq.*
- (m) *Tr. de defectibus Juris communis in Rep. G. Problemate III. p. 56. Laudat ibidem LIPSIENSILUM ICTORUM Responsum, quod in interpretatione Jurium Statutariorum non respiciendum sit, an recedant à jure R. sed que mens Legislatoris & Rationes Status PATRII sint.*
- (n) *Diss. de usu & autoritate Juris R. in Porussia §. 13.*
- (o) *In Specimine juris privati forensis in pref.*
- (p) *In Decisionibus Brabantini. I. n. 4, ubi ita scribit: Si inter Praesides disputetur, an Consuetudines & LL. Patrie sint strictæ interpretationis & an ad similia valeat produtio; tnm is quidem vincit, qui Patrias rationes consuluerit, et si à LL. Romanis dissentiant.*
- (q) *Diss. de casibus extantioribus in J. R. decisio, sed jure Prutenico omisis, ubi his casibus recurrendum?*
- (r) *In pref. Animadversionum ad Grotium.*
- (s) *In Notis ad TREUTLERUM V. 2. disp. 15.*
- (t) *qui supra citati sunt §. 7. lit. e. inf.*

§. XV.

Liquidum nunc plane & absolutum est nostrum negotium, ut nihil ad extremum nisi unum saltim restet. Nolim putes hoc eos forte spectare, qui Vanitati & Mori inveterato plebis litantes, Scripta rodere plerumque &, ut Polyhistores videantur, dijudicare doctrinas solent quæ ultra eorum captum & glandulam sunt, vel quas compendiaria cognitione nondum affequuntur vel certe meliorare nequeunt; his neutiquam unquam dicabo verbum, quod otiosum esset & superfluum; consecrabo hoc unicum *Pietati & obsequio, Cive Lubecensi digne*, hoc est, *Voto, quod concipiendum est pro Salute REIPUBLICÆ LUBECENSIS,* cuius Jura & Commercia à majoribus prolata sunt versus omnem orbem & proferuntur etiam nunc. Quod SCALIGER (a) cecinit de *justitia & Astraea Lubecensium*; id nostra ætate Plures ubique canunt & loquuntur, canunt cives, Curiae, Respublica, Orbis: faxit Numen summum eadem ut justitiae melodia, cura & cultu Patrum REIPUBLICÆ TULERARIUM apud Posteros perennet. Fauxit, vigeant Reipublicæ potestas & Justitia; tueatur Idem gloriam LUBECENSIMUM, prudentia, justitia, Legibus, Navigatione & Commercii Majorum partam, ut quod scripsit HUBERTUS LANGUETUS (b) de elogio, fama, salute & desiderio COMMERCII LUBECENSIS nostro

Votum.

(a) Vide §. 9. h. l.

(b) In Epistolis P. 2. p. 171. Singulare admodum id est, quod idem c. l. testatur de consilio Regis Svecie GUSTAVI, qui regis sumtibus Asiaticas Navigationes adornare & restaurare constituerat. Hæc si ita sint, quis fidei sublestæ insimularet veteres Historicos, commemorantes, quod LUBECENSES Expeditionibus Cruciatiss in Palestinam & Commercio Asiatico multum tribuerint, & aeo Cesaris Friderici Barbarosse, Magna Asia cives & Nante Lubecam appulerint commercii causa. Adde quod de ROSTOCHIENSIMUM

nostro & omni ævo cum *Justitia & Legibus* jugiter consolidetur. Huc Vota, hue Emolumenta, hue Commoda, huc denique *Civium Lubecensium* omnia convertuntur.

*ENSIL famosis olim Navigationibus & commerciis Vandalicis dictum est in Tractatu Etymologico & civili de Consuetudine Murbri §. 54. p. 443. sqq.*

## COROLLARIA.

- I. **J**ure Lubecensi testamenti fastio mulierum est valde restricta. In Megapoli vero ita & Rostochii hæc dispositio non est recepta, & valent conjugum testamenta sine consensu mariti, curatoris & consanguineorum condita. MEVIUS ad J. L. P. 2. T. 1. a. 1. 4. n. 30. O. Pol. Rost. a. 1576. Tit. von Erbschafften.
- II. Frustra ex verbis Juris Lubecensis L. 2. T. 1. a. 1. das Testator seiner Sinnen mächtig seyn solle, concluditur, quod mutis & surdis prohibita sit testamenti factio. Consentit MEVIUS ad d. art. sed frustra §. 59. ex non presumenda derogatione Juris R. rationem colligit. Diu ante enim RECEPTIONEM JURIS ROMANI Leges Lubecenses latæ & in viridi obseruantia fuerunt; quæso igitur, qua ratione unquam dici potest, Legislatores Lubecenses respexisse ad Jus Justinianum ejusque derogationem? Rectior responsio est, articulum non agere de his, die ihrer Sinnen beraubt, qui sensibus externis sunt privati, ut *menti, surdi, cœci*; sed de his, die ihrer Sinnen nicht mächtig, ut *mente capti*, qui non habent usum rationis, quorum sensus interni deficiunt.
- III. Testamenta reciproca Conjugum non, quod MEVIUS putavit, Juri R. sed *moribus Germanicis* originem debent. Docte hoc docet JO. SAM. STRYCKIUS *Diss. de Testamentis Conjugum reciprocis*. Ceteroquin consulta & peculiari ex ratione hæc Testamenta Jure Lubecensi sunt reprobata. In Megapoli vero & Rostochii illa dispositio peculiaris non est recepta.

- cepta ; sed sustinentur testamenta reciproca ; an recte ? negat illusbris D. BOEHMERUS diss. de Prud. Legislatoria p. 33. sed videtur COTHMANNUS Conf. 38. n. 83. R. 34. n. 135.
- IV. Juris publici & feudalis Partes sunt nobilissima & momentosissima  
Jurisprudentia Partes in Academiis diligenter pertractandæ,  
discusso privatorum Jure civili.
- V. Nefas & Incongruum dictu est Principum Testamenta  
tum demum subsistere , quum observata fuerint juris pri-  
vati R. solennia. Est hæc assertio Legistarum in rationes &  
Praxin Imperii injuria.
- VI. Matrimonia irregularia , ad morgenaticam , conscientiæ &  
Virgineum Jure Divino & Humano sunt valida.
- VII. Per subsequens matrimonium legitimati non consequuntur nobilitatem.
- VIII. Ignobilis a nobili adoptatus per adoptionem non consequitur nobilitatem.
- IX. Expedit Judæos tolerari in civitate.
- X. Ad formularem Jurisprudentiam saltim pertinet illud Za-  
barella apud Corringium de Civili prud. c. 3. p. 30. Juris scien-  
tiam esse simplicem quandam peritiam , quæ nec scientia , nec pru-  
dentia , nec ars appellari mereatur.
- XI. Dicit Ulpianus L. 1. ff. de J. & J. *Jus Naturale commune esse omnium animalium , qua in terra & mari nascentur , item & avium , & hinc descendere maris & fœmina conjunctionem*. Dubium movent Glossatores ratione verium , qui non ex aliis , sed ex terra nascentur , item ratione cuculi. Tota res ab iis componitur distinctione : Ulpianum loqui de generibus singulo-  
rum animalium , non de singulis generum. Elegans est hoc te-  
stimonium , quam reverenter habenda sit *Ontologia Scholastica*.
- XII. Censores morum fuerunt Reipublicæ Romanæ inutilia  
pondera.
- XIII. Donatis bonis omnibus mobilibus & immobilibus , nomina  
tamen seu debita non sunt donata : Oppignoratis vero bo-  
nis mobilibus & immobilibus , tum securus.
- XIV. Pignus antichreticum in prædio constitutum ad mobiles  
res fertur. Ergo prædii illius fructum consequuntur , qui-  
bus legatae sunt res mobiles.

COROLLARIA.

84

XV. Usus distinctionis inter res mobiles & immobiles in venditione, executione, alienatione, successione, satisfactione, &c. notorius est & insignis. Sed dubitatur s<sup>e</sup>pē quānam sint illae res? Sunt qui ob L. 12. §. 16 de *Infr. vel Infr. leg. SPECULA* ædibus affixa ad res *immobiles* referunt. Verum legi debent in Lege *Specularia*. Hac vero denotant *fenebras*, quæ confe-  
ctæ sunt olim, & diutius in Hispania ex *speculari lapide*. Pariter ad *immobiles* res haud referimus cum *Lipsiensibus Pharmacopolium*, nec ad *mobiles* cum *Vitebergenibus* indistinctim; vala & *instru-*  
*menta Pharmaceutica* ad exemplum vasorum coquinariorum & braxatoreorum ad *immobiles*; merces vero ad *mobiles res* re-  
stius referri posse existimamus cum *Helmstadienibus*.

XVI. Quod pater & filius Jure R. sint una persona est *fictione juris*. Fictiones juris sunt strictæ interpretationis & ultra Leges non extendendæ. In Legibus Romanis vero hæc unitas personarum in *Stipulationibus* tantum statuitur, non in Contractibus aliis, non in fidejussionibus, non in aliis negotiis, nec in peculii ulla specie; norunt enim *Historie LL. Romauarum gnari*, quod Justiniani ævo per L. 7. C. de bon. qua lib. reliquis peculii idem tributum fuerit, quod antea jam reperto peculio Castrensi fuit concessum. Illi ergo, qui Assertiones huic Practicorum & Lipsiensis Professoris Dn. RIVINI in *Diss. de Emtione & Venditione Patris & Liberorum* late corroboratæ obloquuntur, domi sapiunt & sumum vendunt. Vide L. 2. C. qui & adversus quas &c. L. 5. C. de dolo. L. 77. f. de Jud. L. 10 ff. de fidejuss & præcipue LL. apud Rivinum d.l. §. 7. sqq.

XVII. Aslertio Doctorum, quod differentia inter *Tutelam testamentariam*, legitimam, dativam, in effectu hodie nulla sit? certa est, nec elementis juris contraria. Recepit D. TREIBERUS in novissimo Commentario ad J. scribit: *Qui luscios oculus non habet seu lema obductos, facile videt, Doctores loqui de confirmatione ejusque effectu, non de ordinis ratione.*

XIX. Negamus cum Glafeyo, hodie in voluntaria jurisdictionis actibus quibusvis, extra territorium Judicem etiam esse competentem. Obstant præcipue rationes de clausis in Germania limitibus jurisdictionis & clausis Territoriorum, quæ Romæ patentia fuerunt, ut ubique

ubique Cæsar is fuerit Jurisdictio. Aliter dicendum est de *pro-rogata Jctione conventionali, partium voluntate inita & expressa.* Huic enim locus est etiam *extra Territorium ob vim & favo-*  
*rem juris contractuum & mercaturæ, tum & quia cessat Prin-*  
*cipum & Jurisdictionis ordinariae præjudicium. Dubium inde*  
*non est, JURE LUBECensi validam esse Jctionis Prorogatio-*  
*nem, in qua sibi non constat MEVIUS ad Art. 4. T. 3. L. 5 n. 13.*  
*& in Addit. ad n. 29. d. Art. 4.*

*Prænibili atque Literatissimo*  
**DOMINO FISCHERO,**

Jurisprudentiæ & Liberalium Artium Cultori strenuo,  
 Amico, Auditori & Domestico suo humanissimo,

*Gratulatur*

ERN. JOH. FRID. MANTZEL,  
 J. & Ph. D. ac Moral. Prof.

**N**on sine animi letitia recordor eorum Mi FISCHERE! que in-  
 ter nos gerebantur, quum ante aliquot menses Tu & Meo A-  
 mico Domino Dohlen, jam Halenses Musas salutanti, meque  
 Praefide de Canto moderni Juris Civilis Studioso deque Tutelis Positi-  
 ones generales defendant erudite opponeres. Dimittebam enim Te, pre-  
 via gratiarum actione, hisce quantum memoria suggestit, verbis: Sic-  
 cine Tu, qui nuper omnium Auditorum utriusque Iexus splendidorum  
 aures dulci modulamine fidum delectatas reddidisti, atque ita demul-  
 fisti, ut nemo non sine plausu & voto ulteriora talia, & vix apud nos  
 audita, audiendi discesserit, nunc etiam specimen edidisti te non esse  
 ex eorum ordine, qui musica dediti, studia non adeo conjungere so-  
 lent; Age igitur! scande mox Cathredam Respondentium, & disser-  
 tationem publicam ad eundem applauum usque defende! Hac sunt  
 quæ apud animum repeto, dum mihi innotescit, Te Praefide Excellen-  
 tissimo Domino Doctore WESTPHALIO, Fautore & ex omni Aca-  
 demica vita Amico meo astumatissimo singulariterque conjuncto, di-  
 spaturum; Gratulor ergo tibi omni, quo valeo, affectu, faustaque qua-  
 vis tibi appreco, præserimque vovens, ut DEus tantos tibi largia-  
 tur Patronos, qui merita tua in Literis & artibus habeant perspecta,  
 utque tales sint, qui re ipsa tuis fatis viam monstrant. Vale.


*Nobi-*

Nobilissimo & Ornatissimo  
**Dn. CHRIST. FRID. FISCHER,**  
Respondenti suo Solerti & Studiis conspicuo  
S. & F.  
PRÆSES.

**D**um abitum ad Halenses Musas paras, id te egisse luculenter  
constat, quod tuam memoriam obseruit apud nos in elogio &  
amore. Nolim, arbitreris, hodie hoc demum fieri publica,  
cujus meum, quod vocant, Praesidium, requisivisti, disputatione; equi-  
or Tharum Virtutum spectator fui diutius & cognovi, Te dudum  
moribus, Literis & solertia secundum fuisse nulli. Quod Hamburgen-  
um inclytus Mesochorus Mattheson alicubi de harmonia musices & Li-  
terarum laudat & edisserit; id vere in Te omne relaxit & confedit,  
qui annos modulamine mulso & Symphonia; animos vero studiis & lite-  
ris expugnas. Cano ego saltim hic Tua Studia, cano Literas, quarum fuisisti  
indefessus cultor. Privati enim juris civilis & historiarum Lectioni-  
bus singulis meis multa solertia & discendi constanti Zelo interfueristi;  
interfueristi etiam pro honesta ea & erudita, qua inter ingenuos Literatos  
obtinuit, libertate, Praelectionibus Consultissimorum JČtorum Dn. D.  
MANTZELII & Dn. VOGELII, doctissimorum detorum, eorumque  
ex doctrinis egregios fructus reportavisti. Haustis ita Doctrinalibus  
juris privati; ad formalium cognitionem Te accinxisti & novissime in  
privatissimis Lectionibus preente inclyto Practico D. Boenigckio in  
Practica Practicata, modum procedendi in foris juxta singulas Proces-  
suum species, me interpreti intellexisti. His et si instructus sis; recte  
nihilominus in iis nondum acquisitis, exemplis convictus, quod, qui  
ante de juris cognitione, nec temere, gloriati fuerint, mox ad Athe-  
nas Saxonum delati cum musis ramen suis obstupuerint viderintque quan-  
tum fuerit, quod nesciverint. Non enim possumus omnes omnia, nec  
posse debemus uno loco, tempore & studio. Abi igitur & redi lub Aus-  
picis ac Umbone MAGNIFICORUM TUORUM TUTELARIUM,  
inque DEum fiducia stipatus, pietateque, doctrina solidiori & studiis  
fretus, recte fac & neminem time. Vale &, quod fecisti hactenus,  
me amare perge. Rostochii MDCCXXVII. d. 20. Novembr.







Rostock, Diss., 1724/27



3

Gl.





H. H.  
23  
17272 a  
II

*DISPUTATIO JURIDICA*  
DE  
**FONTIBUS JURIS**  
**LUBECENSIS**  
EJUSQUE  
EXPLICANDI  
**PRINCIPIIS GENUINIS.**  
*Indulgente Magnifico Jectorum Ordine*  
P RÆS I D E  
**ERNESTO JOACHIMO**  
**WESTPHALIO,**  
*J. U. Dr. & Adv. O.*  
In Academia Varniaca  
A. M DCC XXVII. d. Octobr.  
P. P.  
RESPONDENTE  
**CHRISTIANO FRIEDERICO**  
**FISCHER,**  
Lubecensi.

---

ROSTOCHII,  
Typis NICOL. SCHWIEGEROVII, Ampliss. Senat. Typogr.

